6
3- f
13

6
1 G
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M

II 11
7 7
B B
6-3.f.13

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

3.6.25.

Græcarum inſtitutionum libelli undecim

NVM LIBELLI VNDECIM
CAROLO GIRARDO
AVTHORE.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Apud Simonem Colinæum, & Ioannem
Engellier Librarium Bituricenſem.

1541

Publicæ & Biturigum VTILITATI CAROLVS Girardus, εὐπραγεῖν.

SI homini tantiſper dum viuit, nihil æquè eſt expetendum atque virtutes: rurſus, ſi virtutum omnium ſumma in hoc ſita eſt, vt de q̃plurimis mereamur quáoptimè, mea ſentẽtia iure exiſtimem, quæcunq; homo labore, cura, arte & induſtria pararit, nulli potius eſſe quàm publicæ vtilitati ſacrãda. Et omnino quandoquidem nobis eſt certatim contendendum, vt Prouidentiam, quoad licet, imitemur, quídnam eſſe poſſit quo propius ad diuinitatem accedamus, quàm cum omnes beneficio iuuare, omnibus pro virili prodeſſe conamur? Certè quò fuſius & ad plures noſtra beneficentia porrigitur, eò diuinior, eò gratior τῷ θεῷ eſt & acceptior. qui ipſe nõ huic modò, aut illi bene velit, auxilietúrque, ſed ſua bona omnibus impartiatur atque communicet. Quem enim bonum nolit & ſaluum? E'ſtne qui, niſi ſua culpa videlicet, de eo queſtus ſit vnquam? Huius itaque rei conſideratio permouit me, vel facilimè, vt quod in hoc ſcribendi genere ille mihi credidiſſet, publicæ

commoditati eo animo dicarem, quo omnibus conducibile peroptarem. Atenim quemadmodum ille idem DEVS eam mortalibus indidit mētem, vt ſanguine qui ſunt propinquiores, ſimiliores ætate, conſuetudine iunctiores, eos arctiore quadam beneuolentia nō poſſint non amplexari: ita, atque adeo vehementius, erga ea nos afficimur, quæ ad animi & morum cultum attinent. Hinc non paucos videas, qui præceptorum ac doctorum amore non ſecus capiantur, atque parentum: quibus eruditionis, & doctrinæ locus nihilo ſit charior quàm natiuitatis. nec ſe tanti faciant natos, quàm rerum ſcientes & gnaros. Nec id profectò iniuria. naſcitur, creſcit, floret herbula. viuit, volitat etiam ſuo tempore culex. Quòd ſi corporis vaſtitatem, ſi fortitudinis & neruorum ſpectabis præſtantiam, leo quis tibi cenſeatur? Elephas quantus tibi pendatur? At animi & mentis celſitudinem ſi contemplabere, animalia quæque homini cedere, & eo longè inferiora eſſe, protinus deprehendas. quin & homines ipſos ab hominibus non àliter putes ſuperari, quàm ingenij acumine, ſublimiore cogitatu, & ſapientia maiore. Ea de re non dubitem affirmare, nimis eſſe conſentaneum, vt eos charitate non mediocri proſequamur, & pietate, quorũ ope & iuuaminę in aliquem vel virtutum, vel diſciplinarum euaſerimus

gradum. Interim proinde ne quis miretur, quòd cum noſtra hæc publico vſui nuncuparim, Biturigum vtilitatem ſubtexuerim, ſeorſúmque expreſſerim. Mihi, ſi qua ſunt, qualiacunque ſint, quoniam apud Biturigas accepi, Biturigibus, ſecundum ſcilicet DEVM, omnia expenſa, omnia fero accepta. Horum gratuitam benignitatem, ſtudium & fauorẽ tãtum ſum expertus, quorũdã etiam de me vſqueadeo anxiam curam, vt re, conſilijs, adhortatu frequenti ac ſolicito nutantia mea ſtudia, porrectis velut brachijs exceperint, erexerint, & cõfirmarint. Percupiam aliquot nominatim prodere, ſi mihi per illorũ modeſtiam liceret. Nulla igitur, opinor, erit τῷ κοινῷ inuidia, quòd ciuibus meis ego aliquam meę erga eos gratitudinis præbuerim ſignificationem. Vnum hoc συμπολίτου mei, eſt ęgerrime ferẽdum mihi, quòd non ſatis auguſtũ, nec veſtro nomine ſatis dignum opus vobis offeram. Porrò bona ſpes eſt, vos æquiores tum mihi futuros, cum paruulos hoſce libellos paruulis veſtris & rudioribus cõſcripſiſſe me reputabitis, illis me ex animo conſuluiſſe, aut certè conſulere voluiſſe. Et mihi non alium fuiſſe præfixum ſcopum vobis hinc conſtabit, quòd cum hanc rem in anguſtum magis contrahere poſſem, veritus ne breuitati comes obſcuritas vlla foret, particulatim diſtributam eam protendi, neglectis intricatio-

ribus ὑπερβατοῖς, perbreues vbiq; periodos inſerui, ordine quàm potui optimo digeſſi. In ſumma, quæ quondam mihi moleſta & inuoluta fuerant, veſtris grata vt ſint & expoſita, quantum quidem potui, effeci. Olim ſpero grandeſcet opuſculum, ſunt hæc ſolum iacta fundamenta. ſubleuando illi manibus ſublatis acceſſero, ſi iſthæc boni feciſſe vos intellexero.

Valete apud vos, Idibus Nouemb.

1541

GRÆCARVM INSTITVTIONVM CAROLI GERARDI, LIBER PRIMVS.

Literae apud Græcos ſunt in vniuerſum quatuor & viginti. Quarum nomina, notæ item ſiue figuræ ſubijciuntur, Latinis è regione poſitis. vt quæ Græcæ quibus Latinis reſpondeant, promptè liceat intelligere.

Alpha	α	a
Vita	β	v
Gamma	γ	g
Delta	δ	d
Epſilon	ε	e
Zita	ζ	z
Ita	η	i
Thita	θ	th
Iota	ι	i
Cappa	κ	c
Lambda	λ	l
My	μ	m
Ny	ν	n
Xi	ξ	x
O micron	ο	o
Pi	π	p
Rho	ρ	r
Sigma	σ	s
Taf	τ	t
Y pſilon	υ	v / y / f
Phi	φ	ph
Chi	χ	ch
Pſi	ψ	pſ
O mega	ω	o

Sunt ergo nomina Literarum cũ primis tenenda. vnumquodq; enim ſuo nomine exprimitur. Verum id non fuerit ſatis.nam contingat facilè figuratas literas ignorari, quarum tamen nomina quamlibet rudis puer, atque adeo ancillula ex frequenti auditione ſibi compararit. Deinde cum Latinis literis Græcæ ſunt componendæ, & conferendæ: quoniam qui ex illis iam aſſueuit ſyllabas concinnare,vbi vtriuſq; linguæ literas ſibi reſpõdere pernorit,Gręcas ſyllabas conſtituet expeditiſſimè.puta cum loco μ imaginabitur & finget eſſe m,loco ε e. Ac quemadmodum ex m & e ſyllabam ſciuit cõficere me, ita ex μ & ε ſyllabam με ſciet compingere.

Sed lubet voces proponere, quæ Græcarum literarum,cum Latinis literis collatarum, numerum totum abſumant, adeo vt in proferẽdis dictionibus α vt a, π vt p,υ modo vt y,modo vt v, modo vt f, & ſic deinceps ſonare videatur.

Nec ab re viſum eſt fore,ſi maiuſcularum literarum formas proferremus, earum interim nominibus Græcè admo-

ἀκροθώραξ	acrothorax.
ψευδόχρυσον	pſefdochryſon
βιβάζουσι	viuazouſi.
κλέπτης	cleptis.
φράγμα	phragma.

tis, quò vel magis intelligas, veriſſimum eſſe quod prædiximus, In cõtexendis Græcarum dictionum ſyllabis illarum literas Latinorum reſpondere literis.

Α	ἄλφα	Ν	νῦ
Β	βῆτα	Ξ	ξῖ
Γ	γάμμα	Ο	ο μικρόν
Δ	δέλτα	Π	πῖ
Ε	ἐψιλόν	Ρ	ῥῶ
Ζ	ζῆτα	Σ	σῖγμα
Η	ἦτα	Τ	ταῦ
Θ	θῆτα	Υ	υ ψιλόν
Ι	ἰῶτα	Φ	φῖ
Κ	κάππα	Χ	χῖ
Λ	λάμβδα	Ψ	ψῖ
Μ	μῦ	Ω	ω μέγα.

LITERAE SONVM VARIANTES.

FErè fit, vt qui omnia perſequi exactius conatur, præceps in vitium corruat: id quod cũ in alijs rebus, tum vel maximè ſanè in pronunciando vſu venire ſolet. Quocirca qui euphoniæ & ſoni mollioris fuerunt amantiores, auſteræ enũtiationi mederi poſſe putarunt, ſi aliquot literarum genuinus, & proprius mutaretur ſonus.

Sunt igitur quinque literæ verſatilem ſonum, & à natiuo illo deficientem, habentes: γ κ τ ν & π.

Iñ primis γ ante ſeipſum, id eſt ante γ, præterea ante κ ξ & χ, non vt g ſed vt ν ſiue mauis vt n ſonat. Hinc ἄγγελος, πέφαγκα, λύγξ, ἔγχος, haud aliter enũtiabis, atq; ſi in locum τοῦ γ ν litera foret ſubſtituta hoc modo, ἄνγελος πέφανκα λύνξ ἔνχος.

At κ poſt γ poſitum, vt ipſum g, non iam vt c Latinum profer-

tur. πέφαγκα itaq; dices, quaſi ſcriptũ ſit πέφαγγα. Inſuper τ præcedente ν, ſonum literę δ refert. Quod tum in diuerſis & ſeparatis, tum in eadem obſeruatur dictione.

Proinde τὸν πάνταλον efferes τὸν δάνδαλον.

Adhæc vocalitatis gratia præcipiunt literam ν ante has tres β μ & π ſonũ literæ μ vſurpare, vt τὸν βίον, τὴν μερίδα, τὸν πίθον, pronuntientur τὸμ βίον, τὴμ μερίδα, τὸμ πίθον. Quæ haud dubiè pręceptio locum maximè habet in compoſitis vocibus, vbi non modo μ profertur, ſed & ſcribitũr. Nam ſi cũ particula συν cõpo nas βάλλω, μαχέω, & πίνω, facies συμβάλλω συμμαχέω, & συμπίνω.

Poſtremò ex recentioribus ſunt qui dicant π poſt μ lenius efferri, ſi in ſonũ literæ Latinæ b velut trãſeat, pro πέμπω, πέμbω, pro τὸν πίθον, (de quo nunc nuper) τὸν bίθον dictitantes.

SCRIPTVRAE VARIETAS.

EA eſt aſſuetudinis potẽtia & vis, vt quæ prima fronte mala videbantur, ea, poſtquam aſſueueris, optima cenſeantur. Varia typographorum ingenia, & grata laſciuiẽdi in characteribus cupiditas, facit, vt φιλέλληνες nouitij adhuc, ab occepto hoc ſtudio, ſi non præmoneantur, nonnihil, propter alias atq; alias depingendi figuras, deterreantur. mirum enim quàm multiplici facie, pro ſuo quiſque arbitrio, literas, ſyllabas, neque non dictiones, illi nobis proponãt expreſſas, dum β ϐ, γ ɣ, ϑ θ, ν ν, & π ϖ: item τ ˥, efformant. Rurſus quando pro τῶ τῶν, pro ος ὃ, pro δὲ ϳ, pro ερ ερ, & pro τῆς τῆς, nuſquam nõ comperias. Deniq; cum εἶν εἶναι, ἀνὸς ἀνθρώπους, διὰ διάταξις, & πθὶ περὶ, cõpendiaria ſcriptura ſignificare cognoſces. Hæc ergo & id genus quãplurima ſunt, quæ μικρόψυχον hominẽ hinc ſtatim auocarent. Contra quæ μεγαλόπολμος aſſurget audentior, animóq; minimè turbato: ſperans fore, vt aſſidua lectione, interim dum doctorẽ oculis ſequetur prælegentem, & quæ ſemel prælecta fuerint, ſecum ipſe, vel cum alijs etiã penſiculatius repetet, nullo, aut certe modico negotio, peruia iſthæc omnia ipſi fiant & expedita.

GRAECARVM INSTITVTIONVM
LITERARVM DIVISIO.

SVmma & primaria literarũ partitio eſt, εἰς γράμματα φωνήεντα ἢ εἰς σύμφωνα., id eſt in literas vocales, & in conſonãtes.

VOCALES.

VOcales ſunt ſeptẽ: ε ο η ω α ι υ. Quæ tripartitò diuidũtur. Prima ſectio vocalium eſt, qua aliæ breues dicuntur, aliæ longæ, aliæ ancipites. Breues duæ ſunt: ε ο. Syllabam enim, cui hærent, corripiunt. Longę itidem duæ: η ω. quę ſyllabã à ſe cõſtitutam (ſine vocali enim ſyllaba nulla cõſiſtere poteſt) protendunt. Ancipites, reliquæ tres: α ι υ. Quoniam mire inconſtanter modò breues, modò longæ deprehenduntur. Altera diductio facit vocalium alias mutabiles, alias verò immutabiles. Mutabiles ſunt tres: α ε ο. Immutabiles quatuor: η ω ι & υ.

Porrò quemadmodum quæ primum locũ ſortita diuiſio eſt, leuiter propterea nobis tractanda fuit, quòd ad eos potiſſimum ſpectet, qui carmina facere inſtituunt (quæ res prouectioribus congruit, rudibus non item) ita ſecundæ huius partitionis vberior demonſtratio, tantiſper erit prorogãda, dum ad verborum accedemus coniugationem. Illic enim videre fuerit, verba quæ in prima perſona præſentis mutabiles habuerint, eas in præterito mutare, ſic α & ε in η, ο autem in ω. Immutabiles contrà, nulla ratione mutari, ſed in præterito iuxta & præſenti, ſui perdurare ſimilimas.

Tertia deniq; diuiſio vocalium eſt in præpoſitiuas & poſtpoſitiuas. Præpoſitiuæ ſunt quinq;: α ε ο η & ω. Poſtpoſitiuæ duæ: ι & υ, ita nuncupatæ, quòd illæ his præpoſitæ, quare & hæ viciſſim illis poſtpoſitæ, diphthongos conſtituant.

DIPHTHONGI.

LIteris paulò antè in vocales & conſonãtes diductis, poſt expenſas vocales, fuerat nobis continuò de conſonantibus agẽdum, niſi δίφθογγος, quæ ex tertia vocalium diuiſione conflatur, curſum interrupiſſet. Nam cum ipſa ſit duarũ

vocalium, prępoſitiuæ inquam & poſtpoſitiuę vnus ſonus, ſi hoc quid ſit, & quî fiat non aperietur, manca indubiè, & mutila iacebit poſtrema illa vocalium diſtributio.

Ergo diphthongus, quæ eſt duarum vocalium ſonus, diuiditur in diphthongos proprias, & improprias.

Propriæ diphthongi ſunt ſex: αι αυ ει ευ οι ου, cōpoſitæ ipſæ ex tribus vocalibus præpoſitiuis: α ε ο & duabus poſtpoſitiuis ι υ. Singulę profectò prępoſitiuæ, ſi poſtpoſitiuarū vtriq; pręfigātur, binas diphthōgos cōficiēt, vt in αὐτουργοῖμι & εὐρύται eſt videre.

Impropriæ ſunt quinq;: ᾳ ῃ ῳ, ηυ & υι. Quarum tres primæ aliter atq; aliter ſcriptæ ſunt. Fuit enim, cū vocalibus α η & ω ι adſcriberetur hoc modo, αι ηι ωι: interim tamē ita ſonarēt, vt α η ω. Sed quoniam ſcrupulus hinc nouitijs inijciebatur, dubitantibus ſcilicet, diphthongúſne propria eſſet αι an verò impropria. Rurſus eſſétne ηι ſyllaba, an duæ. Viſum propterea nōnullis aliquādo eſt ι ſubſcribendum potius quàm adſcribēdum, ſic ᾳ ῃ ῳ. Verùm vt ſcriptura rotunda magis eſſet, magíſq; ſuccincta, his vocalibus punctulum loco τοῦ ι ſubiecerunt. Duę reliquæ ηυ & υι vnde componantur nulli non perſpiciatur. Exempla ſunto ᾄδειν ᾖρκα ᾤμην ηὔλεον μυῖα.

Hîc, ſat ſcio, puer φρόνιμος demirabitur, quòd vocalis υ quam nos antea poſtpoſitiuam tantùm eſſe diximus, nunc in diphthōgis hiſce duabus ηυ & υι tam poſtpoſitiua quàm præpoſitiua videatur. Cui forſan ſatiſfiet, ſi dicetur υ adeo rarenter præponi, vt maluerint inter poſtpoſitiuas tantū vocales collocare, quàm tertiam vocalium diuiſionem triplicem aſſignare, vt ita nimirum ſcriberetur: Vocalium aliæ ſunt præpoſitiuæ, aliæ poſtpoſitiuæ, aliæ præpoſitiuæ & poſtpoſitiuæ. Quæ tamen hæc diuiſio, ſi cui magis arridebit, per nos vtique eam vt ſequatur, liberum eſto.

In diphthongorum negotio, & hoc nobis fuerit obſeruādum, diphthongos, aut verius vocales faciēdis diphthongis idoneas, nonnunq̄ diſſeparari, quapropter & eas duobus ſonis proferri:

Id quod quãdo fiat, ex duobus punctulis ſuprà poſitis manifeſtariè cognoſcetur, vt ἀΐθω ἐΐσκω.

CONSONANTES.

De quatuor & viginti literis ſi vocales ſeptem, de quibus actum iam eſt, tu ſubduxeris, decem & ſeptem conſonantes ſuperabũt: β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ. Quarum diuiſio fit in Semiuocales, & Mutas.

Semiuocales ſunt octo: ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Mutæ nouem: π κ τ β γ δ φ χ θ.

Partitis in hunc modum conſonantibus, iam nobis ſunt ſingularum membra ſubdiuidenda.

Ex Semiuocalibus aliæ duplices, aliæ immutabiles appellãtur.

Duplices conſonantes ſunt tres: ζ ξ ψ.

Immutabiles quatuor: λ μ ν ρ.

Qui in hanc rem attentior eſt, paulóque cogitantior, cõfeſtim rogarit, Quid de ſemiuocali σ? An non ipſa, vt aliæ, peculiarem aliquam ſibi ſortita eſt appellationem? Non, dubio procul. Eſt enim ſemiuocalis ἄσημος, id eſt ſigno deſtituta, & planè velut ouis, quæ cæteris cõſignatis, nulla inſignitur nota. Adeo vt cum aliæ ſemiuocales non ſimpliciter, abſolutéque dicantur tales (inſuper enim vel duplices vocantur, vel immutabiles) hæc interim vna, conſonans ſemiuocalis duntaxat vocitatur. Conſonantes mutæ & ipſæ ſuppartiuntur, ternáq; earum eſt diſſectio: in Tenues nempe, Medias & Aſpiratas.

Tenues ſunt tres: π κ τ.

Mediæ itidem tres: β γ δ.

Aſpiratæ totidem: φ χ θ.

SYLLABA.

Omiſſo literarum examine, ad ſyllabam quæ ex literis concinnatur, deueniamus.

Syllaba eſt duarum, vt minimum, literarum enuntiata comprehenſio & connexio, vt συμ γαρ λα βε. Nam à συλλαμ-

λάνω, quod colligo ſignificat, & coniungo, συλλαβὴ deducitur. Vnius ſanè literæ collectio nō eſt. quòd autē litera ſyllabā facere quādoq; dicatur, vt in ἐάω, vbi numerus literarū numero reſpōdet ſyllabarū, hoc nō niſi καταχρηστικῶς euenire exiſtimādū.

Enimuerò vt ex literis ſyllabæ, ita ex ſyllabis dictiones coaleſcunt, & gignuntur. Quamobrem excuſſis literis & ſyllabis, de dictionibus videbatur agere non intēpeſtiuum. Sed nos cò tendentes aliò auertit incidens ἐμπόδιον. Quid enim, obſecro, puer penſitabit, cum ſingulas dictiones virgulis variè propendentibus, variéque flexis videbit ſignatas? vt φεῦ τοῦ φέναχος ἀνδρὸς καὶ ὑβριστικοῦ. Cum item virgularū alias ſuper, alias inter dictiones ſpectabit collocatas? διαφεύγω: ὅ,τι. Hoc quantulumcunq; ſit, ſi ignorauerit planè, quoniam non exiſtimabit otioſum, miſerè ſecum ipſe conflictabitur, neq; animum, opinor, prius tranquillauerit, quàm quid illæ notulæ ſint, quibúſque ſaltem vocentur nominibus, compertum habuerit.

ACCENTVS.

IN genere ergo ſigna illa qualiacunq;, ac cuiuſcunque formæ ſint, προσῳδίαι id eſt accentus nuncupantur. Sunt autem accētuum ſpecies quatuor: τόνος, πνεῦμα, πάθος, καὶ χρόνος. Tonus, Spiritus, Paſſio, & Tempus.

Toni ſunt tres: Acutus, Grauis, & Circunflexus.

Acutus, virgulam aſcendentem à ſiniſtra in dextram exprimit, hoc modo ´.

Grauis non figura modo, ſed & virtute opponitur acuto. nam à dextra in ſiniſtram vergit: & vt per illum ſyllaba erigitur, ita per hunc deprimitur. Sic autem pingitur `.

Circunflexus ex vtroque componitur. ſi etenim acutum graui addideris, circunflexum ilico videris formatum, hoc pacto ^.

Etiā ſi diuerſius paulò effictū nonnunquā inuenias, ſic nēpe ~.

Hoc tono ſyllaba circūflectitur, id eſt partim acuitur, partim grauatur. Trium tonorum exemplum hoc eſto, λέγω, ἐγὼ, τοῦτο.

Spiritus duo ſunt: Aſper, & Lenis: vterq; ſibi de circulo æqualiter ſecto figuram capit. Aſper vtique partem læuam c. Lenis ex oppoſito dexteram ɔ ἱνικὸς ἀριθμός.

Paſſiones tres: Auerſio, Subunio, & Diſtinctio. Auerſio lenis ſpiritus formam prorſus refert, & dictioni poſtponitur, vt μὴτ'. Subunio vt inflexa virgula figuratur, & dictioni ſubijcitur, vt ὅ‿πως. Diſtinctio cum auerſione conuenit figura, ſitu autẽ & poſitione diſſidet: dictionibus enim interijcitur: ὅ,τι.τό,τι.

Tempora denique ſunt duo: longum, & breue. Longum virgula eſt æqualiter, hoc eſt neque aſcendendo, neque deſcendendo ducta, ſic – ἄρης. Breue autem, nota eſt panda ſinuoſè contractímque ſuſpectans ᴗ ἀρης.

In ſumma igitur προσῳδίαι ſunt decem: ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη: & hi tres accentus, toni appellitãtur. Deinde δασεῖα, ψιλή, ſpiritus dicti. Amplius ἀπόστροφος, ὑφὲν, καὶ διαστολή, tres hę paſſiones. Poſtremò μακρὰ & βραχεῖα, tẽpora. Tãtum de accẽtibus.

Nunc tandẽ ad dictiones, quibus oratio cõtexitur, trãſeamus.

PARTES ORATIONIS.

ORatio, quę nihil aliud eſt, quàm verba, quibus animi noſtri conceptus exponuntur, quæcunq; ac quantacunq; ſit, in octo partes reſoluitur, quę Gręcis τὰ τοῦ λόγου μέρη dicũtur. Partiũ hęc ſunt nomina: ὄνομα, ῥῆμα, ἀντωνυμία, μετοχή, ἄρθρον, πρόθεσις, ἐπίῤῥημα, καὶ σύνδεσμος. Nomen, Verbum, Pronomen, Participium, Articulus, Præpoſitio, Aduerbium, & Coniunctio. Interiectio non quomodo apud Latinos, ita apud Græcos orationis pars eſt ſeparata. Nam ipſa cum aduerbio confunditur, & immiſcetur.

Inter octo partes orationis, primariæ, ac longe præcipuæ ſunt duæ: Nomen, & Verbum. Quoniã coniunctæ, ſenſum reddunt abſolutum & perfectũ, vt ὅμηρος ᾄδει. &, δημοσθένης λέγει. Quæ res alijs partibus minime conceditur. Vnde apparet, opinor, cõſentaneum, de duabus his partibus primum vt dicatur.

Enimuerò quoniam articulus paſſim alijs partibus, præſertim verò nomini aſſociatus comperitur, & eius tractatio nec prolixa eſt, nec inuoluta, de eo pauca admodum, prius quàm de nomine & verbo, dicere, non abſurdum fortaſſe iudicabitur. Idque vel eo maximè, quòd quæ de articulo præcipiētur, nomini quoque ipſi non parum conferent declinando.

Præſcire & hoc cōuenit, partium alias flexiles, alias verò inflexiles eſſe. Prioris generis ſunt quinq;: Nomen, Verbum, Pronomen, Participium, & Articulus. Reliquæ partes ſunt generis poſterioris. Nemo autem, arbitror, neſcit eas declinabiles cenſeri, quæ in vna non permanent terminatione, ſed ex alia tranſeunt in aliam. vt cum φίλος, φίλου, φίλῳ, φίλον, φίλε & cætera, terminatione & vltima ſyllaba ſubinde variata, dici vides. Inflexiles contrà cōſtantiſſimæ ſunt terminationis, adeo vt vbi vbi has voces πόῤῥω, σήμερον, & τοίνυν legas, nūquam eas aliam ab hac induere faciem deprehendas.

ARTICVLVS.

Articulus, declinabilis pars eſt orationis, quæ alijs partibus interim præponitur, interim autem poſtponitur.

Elicitur ex his verbis articuli diuiſio: Articulorum alij ſunt προτακτικοί, id eſt præpoſitiui, alij ὑποτακτικοί, id eſt ſubiunctiui ſiue poſtpoſitiui.

Ad vtriuſq; articuli declinationem accidūt tria: γένος, πτῶσις, ἀριθμός. Genus, Caſus, & Numerus.

Per genera tria variatur: ἀρσενικόν, θηλικόν, καὶ οὐδέτερον. Maſculinum, Fœmininum, Neutrum.

Quatuor tantùm πτώσεις ſunt huic parti: εὐθεῖα, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατική. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus. Numeri tres: ἑνικὸς, δυϊκὸς, πληθυντικός. Singularis, Dualis, Pluralis.

Ego hîc nihil eſſe video, quod νεοφύτῳ adhuc in Græcis, admirationem pariat, pręterquam numerorum copiam. Nam qui ex Latinis ſingularem tātummodo & pluralem eſſe didicerit, dua-

lis huius numeri cauſam anxius diſquiret. Ergo hunc numerum dedit vber illa & copioſa Græcæ linguæ fœcunditas.ipſa enim, vt ſi qua alia, prægnantiſſima eſt, & verborum longe ditiſſima. Latini quod vnitatem excedit, numero efferunt plurali. Græci quæ duo tantùm notant, duali: vt quæ deinceps, plurali numero feliciter inſinuant.

Articuli prępoſitiui ὁ, hęc eſt per caſus, genera, & numeros declinatio: quam memoriæ puer diligenter mandabit, mandatámque fideliter retinebit.

		Noíatiuus,	Genitiuus,	Datiuus,	Accuſatiuus.
Genere	Maſculino	ὁ	τοῦ	τῷ	τόν
		τώ	τοῖν	τοῖν	τώ
		οἱ	τῶν	τοῖς	τούς
	Fœminino	ἡ	τῆς	τῇ	τήν
		τὰ	ταῖν	ταῖν	τά
		αἱ	τῶν	ταῖς	τάς
	Neutro	τὸ	τοῦ	τῷ	τό
		τώ	τοῖν	τοῖν	τώ
		τὰ	τῶν	τοῖς	τά.

Quoniam autem hæc minutiora ſunt, & proinde ſubtiliora, captúque difficiliora, periculum eſt, ne memorię diffiſi iuuenes, iam hinc abſterreantur: aut, quod metuendum magis eſt, etiam ἀπόστασιν meditentur. Diligenter itaq; illis eſt proſpiciendum, ac modis omnibus tentandum, vt aliquid comminiſcamur, quod memoriæ lubrico queat opitulari. Quale fuerit:

Omnis dualis nominatiuum & accuſatiuum ſimiles habent, item genitiuum & datiuum.

Neutrum genus in alijs pręterea numeris nominatiuum & accuſatiuum ſimiles habet.

Genitiuus pluralis in ων ſemper deſinit.

Numerus pluralis articuli maſculini propemodũ exprimit numerum pluralem nominum maſculinorum ſecundæ inclinationis Latinorum. Sic articulus fœmininus pluralis, pluralẽ primæ. Deniq; neuter pluralis proximè refert pluralẽ ſecundę declinationis neutrorũ Latinorũ. Hæc & huiuſmomodi alia ſibi quiſq; excogitet memorię præſidia. Nobis viã aperuiſſe, & digito velut indicaſſe, ſatis eſt. Et nõ omnibus omnia placent.

Qui præpoſitiui articuli declinationem norit, confeſtim norit & poſtpoſitiui, adeo alterum ab altero deducere nõ eſt operoſum. Illinc igitur poſtpoſitiuum ſic deformabis. Præpoſitiuo maſculino ὁ adde σ, fiet ὅς eiuſdem caſus & generis poſtpoſitiuus. Amplius, vbicũq; præpoſitiuus τ in fronte habebit, in illius expulſi locum ſpiritus aſper ſubrogetur, ita ex τοῦ οὗ, ex τῶν ὧν, ex τοῖς οἷς naſci videris. Poſtremò, præpoſitiuis à vocali incipientibus, & tonum non habentibus, acutus adponatur. hoc pacto, ex οἱ & αἱ præpoſitiuis οἵ & αἵ fient poſtpoſitiui.

		Noĩatiuus,	Genitiuus,	Datiuus,	Accuſatiuus.
Genere	Maſculino	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν
		ὥ	οἷν	οἷν	ὥ
		οἵ	ὧν	οἷς	οὕς
	Fœminino	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν
		ἅ	αἷν	αἷν	ἅ
		αἵ	ὧν	αἷς	ἅς
	Neutro	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ
		ὥ	οἷν	οἷν	ὥ
		ἅ	ὧν	οἷς	ἅ

Hactenus nominum & verborum παρασκευῆ datum eſto.

NOMEN.

NOmē pars eſt orationis, quæ per caſus flexa, dictiones capit, corpus, aut rem ſignificantes. Corpus à re ita ſeparāt, vt corpus ſit, quod tactu & viſu percipiatur. Res quę mente & cogitationē. βιβλίον ergo, τράπεζα, & ἐσθὴς, corpora ſunt: ἀμαθία, ὀργὴ, χαρὰ, res. Nomē in ſumma dictum apparet, quòd quarumcunq; rerum nomina contineat.

Nomini accidunt quinq;: εἶδος, σχῆμα, ἀριθμός, πτῶσις, καὶ γένος. Species, figura, numerus, caſus, & genus.

Duplex eſt εἶδος: πρωτότυπον, & παράγωγον. Species primitiua & deriuatiua. Primitiuæ nomen eſt, quod per ſe ſubſiſtit, nec aliundę id eſt ex alio nomine eſt deductitiū, vt ὄρος. Deriuatiuæ, quod à primitiuę ſpeciei nomine declinatur, vt ὄρειος, ὀρνιθικός: quæ ab ὄρος & ὄρνις deriuantur.

Σχῆμα triplex eſt: ἁπλοῦν, σύνθετον, παρασύνθετον. Simplex figura, cōpoſita, & decompoſita, figurę ſimplicis ſunt nomina, quę cum alio nō adiunguntur, vt ἵππος. Compoſitæ ſunt è diuerſo, quæ de duabus gignuntur, φίλιππος: conflatur enim id nominis à φιλέω & ἵππος. Ex pluribus quæ coaleſcunt, decōpoſitæ dicuntur figuræ, vt συμπάροικος à σὺν, παρὰ, & οἶκος.

Numerus vbiquę, id eſt in omnibus partibus orationis, vno modo ſe habet. quare in nomine, vt in articulo triplex erit. πτῶσις autem in nomine quàm in articulo eſt abundantior, nā prȩter quatuor illic poſitos caſus, quintus hîc eſt, κλητικὴ id eſt vocatiuus appellatus. In declinandis poſtmodum nominibus tam numerorum quàm caſuum exempla ſuppeditabuntur. Genus eſt quintuplex: ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, οὐδέτερον, κοινὸν, καὶ ἐπίκοινον. Maſculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune,

& Epicœnum ſiue Promiſcuum. Maſculinum nomen articulo præpoſitiuo maſculino deſignāt, vt ὁ ἄγγελος. Fœmininū, fœminino, ἡ γυνή. Neutrum, neutro, τὸ ξύλον. Commune per vtrumque ſimul articulum, maſculinum inquam & fœmininum, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. Epicœnum promiſcuè & indiſcriminatim maſculinum ſexum ſimul notat & fœmininum, idque vno tantum articulo, vel ὁ ſcilicet vel ἡ, vt ὁ στρουθός, ἡ χελιδών. Rarum eſt hoc genus, nec alibi ferè vſquam locum ſibi vendicat, quàm vbi ſexus non eſt prompta ſecretio.

Paulò antè Nomen definiētes, diximus partem eſſe flexilē, & quæ ſui ordinis, ſibíq; ſuppoſitas voces variè efferat. nam à nominatiuo velut deſcendendo in diuerſos caſus, diuerſis eas explicat terminationibus. Quę res ex ipſis declinationibus tota patefit. Porrò ne quid poſtea occurrat, quod declinationis nominū iam excutiendæ, liberam remoretur diſputationem, lubet obiter aliquid de linguarū Græcarum proprietatę (quas διαλέκτους vocant) afferre. Quoniam fieri nō poteſt, quin inter declinandum te angas, ſi quid Atticum aut Ionicum eſſe dicatur, interim autem illud quídnam ſit non accipias.

Commodum itaq; hîc ſciatur, Græcos, quorū monumenta & ſcripta per manus quodāmodo ad nos ſunt tranſmiſſa, non omnes vna voce, vnóq; vſos eſſe ſcribēdi genere. Quādoquidem diuerſarum regionū vt diuerſi ſunt ritus & mores, ita & apud eas loquēdi variegatę ſunt formæ & diſſimiles. Ergo quę in Græcorum ſcriptis linguæ notantur præcipuæ, ſunt quinq;: ἀτθίς, ἰάς, δωρίς, αἰωλίς, κοινή: Attica, Ionica, Dorica, Aeolica, & Communis. Attica eſt, qua vſi ſunt Athenienſes, locum hæc indepta primum, quòd omnium ipſa ſit comptiſſima. Ionica vſi ſunt Iones, Dorica itidem Dores, Aeolica Aeoles. Communis, vti nomen ipſum arguit, nulli Græcorum genti eſt peculiaris, vt quæ communia comprehēdat vocabula & ab omnibus pariter vſurpata. Vt non ab re inter dialectos hanc nōnulli cenſuerint collocandam non eſſe. Quod profectò com-

mune eſt, à proprietate longè abeſt. Sed de hac re tantum: alibi, & congruentiore loco fuſius.

Conferet nonnihil ad declinationum facilitatẽ hæc nominum partitio, vt eorũ alia vocentur ἰσοσύλλαβα, hoc eſt (ſi modo nobis doctrinæ gratia interim verba effingere concedetur) pariſyllaba, alia vero περιττοσύλλαβα, id eſt impariſyllaba. Pariſyllaba ſunt: quæ paribus flectuntur ſyllabis, vt videlicet genitiui non plures quàm nominatiui ſyllabæ ſint, vt θεὸς θεȣ. Impariſyllaba cõtrà ſyllabarũ ſunt imparium: τριὰς τριάδος.

Declinationes nominũ ſunt quinq;, quarũ quatuor ſunt nominum pariſyllabicè declinatorum, & primùm docebuntur. Vna autem eſt περιττοσυλλάβων. Quinta hæc erit, & vltima.

PRIMA DECLINATIO.

NOmina primę declinationis, duas habent terminationes in nominatiuo ſingulari, ας & ης: ſúntque omnia (paucis admodũ cõmunibus demptis) generis maſculini. Genitiuus horũ nominũ finit ου: Datiuus ᾳ vel ῃ diphthõgum impropriã: vtram vero habeat, terminatio nominatiui indicat. Accuſatiuus finalẽ itidem ſui nominatiui vocalẽ ſeruat, cui addit ν. Pro nominatiui ergo ratione, aut in αν exit, aut in ην. Vocatiuus haud aliter in α deſinit, vel in η. Quãobrem ſingulares caſus omneis, genitiuo exẽpto, noĩatiui ſui vocalẽ tenere, nõ dubites aſſeuerare. Iam dualis numerus & pluralis, voces articuli fœminini cõſimiliũ numerorũ, ſecũdum terminationẽ, prſus ſequũtur. Sed hæc omnia exẽplis cõprobemus.

Singul. ὁ αἰνείας, τȣ̃ αἰνείȣ, τῷ αἰνείᾳ, τὸν αἰνείαν, ὦ αἰνεία.
Dual. τὼ αἰνέια, τοῖν αἰνέιαιν, τοῖν αἰνέιαιν, τὼ αἰνέια, ὦ αἰνέια.
Plural. ὁι αἰνέιαι, τῶν αἰνειῶν, τοῖς αἰνέιαις, τοὺς αἰνέιας, ὦ αἰνέιαι.

Antea dictum à nobis eſt, dualem nominatiuũ accuſatiuo, genitiuum autẽ datiuo ſimiles eſſe. Amplius addatur, in duali & plurali vocatiuum nominatiuo ſemper ſimilem inueniri. Quare poſthac hi caſus coniunctim flectantur.

Singul. ὁ χρύσης, τοῦ χρύσου, τῷ χρύσῃ, τὸν χρύσην, ὦ χρύση.
Dual. τὼ καὶ ὦ χρύσα, τοῖν χρύσαιν.
Plural. οἱ καὶ ὦ χρύσαι, τῶν χρυσῶν, τοῖς χρύσαις, τοὺς χρύσας.
Singul. ὁ καὶ ἡ ληστὴς, τοῦ καὶ τῆς ληστοῦ, τῷ καὶ τῇ ληστῇ, τὸν καὶ τὴν ληστὴν, ὦ ληστά.
Dual. τὼ καὶ τὰ, καὶ ὦ ληστὰ, τοῖν καὶ ταῖν λησταῖν.
Plur. οἱ καὶ αἱ καὶ ὦ λησται, τῶν ληστῶν, τοις καὶ ταις λησταῖς, τοὺς καὶ τὰς ληστάς.

Inter declinationem horum nominum, occurrunt duo nō indigna animaduerſione, vt quę iuuenibus negotium exhibere facilè poſſent. Cautum antea eſt, ne articulus per plures, quàm quatuor caſus varietur. Quod ita ſi eſt, vnde nouus illi nunc accedit caſus vocatiuus? declinamus enim ὦ ἀινέα. Ob hoc neminē moueri oportet. quoniam τὸ ὦ, articulus non eſt, ſed aduerbium. quo ſanè, quoniam in vocando vtimur, idcirco in deficientis articuli locum cooptatur: ídque in omnibus, tum numeris, tum generibus.

Deinde regula illa quæ nobis tam cōſtāter adſtruebatur, ſingulares nēpe caſus omnes, dēpto genitiuo, ſui nominatiui vocalem retinere, manifeſtè infirmatur, cū à nominatiuo ληστὴς vocatiuum ληστὰ fieri vides. Præceptio illa proculdubiò paucis in nominibus per ης deſinētibus, labaſcit. In ijs primùm, quæ gētem deſignant: quale eſt σκυθης Scytha, qui de Scythia eſt. Præterea in ijs quæ τ ante ης habēt, vt ληστὴς δεσπότης. Deniq; in cōpoſitis ab his aut alijs verbis πωλῶ, μετρῶ, & τρίβω, vt βιβλιοπώλης, γεωμέτρης, παιδοτρίβης: horum vocatiui ſunt, ὦ σκύθα, ληστὰ, δέσποτα, βιβλιοπώλα, γεωμέτρα, & παιδοτρίβα.

SECVNDA DECLINATIO.

SEcunda τῶν ἰσοσυλλάβων nominum declinatio fœmininorum eſt tātùm, duáſq; ipſa, quot & prima declinatio, habet in nominatiuo ſingulari terminatiōes, α & η. Quę vocales & in caſibus reliquis ſingularibus, pro nominatiui cō-

templatione,permanēt. Genitiuus enim per ας,vel ης deſinit. Datiuus per ᾳ vel ῃ diphthongos improprias. Accuſatiuus in ν vocali nominatiui præeūte. Vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo. Duales caſus & plurales ſuorum articulorum terminationem omnino ſequuntur.

Sing. ἡ καὶ ὦ μαῖα, τῆς μαίας, τῇ μαίᾳ, τὴν μαῖαν.
Dual. τὰ καὶ ὦ μαία, ταῖν μαίαιν.
Plural. αἱ καὶ ὦ μαῖαι, τῶν μαιῶν, ταῖς μαίαις, τὰς μαίας.

Sing. ἡ καὶ ὦ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμήν.
Dual. τὰ καὶ ὦ τιμὰ, ταῖν τιμαῖν.
Plural. αἱ καὶ ὦ τιμαὶ, τῶν τιμῶν, ταῖς τιμαῖς, τὰς τιμάς.

Declinatio hæc oppidò quàm perſpicua eſſe apparet,eámq; cū præcedenti poſſe facilitate cōtendere,nō ab re credas.cautione tamē aliqua hîc quoq; eſt opus.Nam cū genitiuum & datiuum ſingulares finalem ſui nominatiui vocalem retinere, propoſita nobis exēpla innuere videātur,perpetuū certè id nō eſt. Quandoquidem quæ in α terminātur,tunc demū ſuum α ſeruant,quum δ θ ρ ante illud ponūtur, aut quum α ipſum purum eſt.Purum autē α dicitur, quod vocalis antecedit. Flecte igitur λήδα λήδας λήδᾳ. κιοσαίθα κιοσαίθας κιοσαίθᾳ. ἡμέρα ἡμέρας ἡμέρᾳ. μαῖα μαίας μαίᾳ. Quòd ſi alia cōſonās ante α ponatur,ipſum in η mutatur in genitiuo & datiuo ſingularib⁹. Ideo μοῦσα μούσης μούσῃ, & θεράπαινα θεραπαίνης θεραπαίνῃ declinabis.

TERTIA DECLINATIO.

NOminatiuus huius declinationis, cū ſuperiorum declinationum nominatiuis numero terminationū cōgruit,nam & duas ipſe habet ος & ον, ος inquam generis maſculini,fœminini & cōmunis, ον verò neutrius. Genitiuus in ου deſinit.Datiuus in ῳ.Accuſatiuus in ον. Vocatiuus in ε ſi modò nomen neutrum non eſt. Hoc enim ſemel dictum eſto:Nomina neutra cuiuſcunq; ſint declinationis,aut numeri,tres caſus, nempe nominatiuū, accuſatiuum & vocatiuum

ſimiles, terminationiſq; eiuſdē habent. Caſus duales & plurales, articuli maſculini ſimilium numerorũ, ſequũtur terminationem. Neutra à neutrius inclinatione non diſcedere, iam iam dictum eſt.

Singul. ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.
Dual. τὼ & ὢ λόγω, τοῖν λόγοιν.
Plural. οἱ & ὦ λόγοι, τῶν λόγων, τοῖς λόγοις, τοὺς λόγους.

Secundum hãc formam, fœmininum ἡ ὁδὸς, & commune ὁ & ἡ ἄνθρωπος variabis. Neutrorũ παράδειγμα ξύλον fiat.

Sing. τὸ & ὦ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ.
Dual. τὼ & ὢ ξύλω, τοῖν ξύλοιν.
Plur. τὰ & ὦ ξύλα, τῶν ξύλων, τοῖς ξύλοις.

QVARTA DECLINATIO.

GRęcas διαλέκτους paulò antè cum attingeremus, ex illis τὴν ἀττικὴν primas tenere diximus: ad quam hæc quarta & vltima nominũ pariſyllabicè declinatorũ, propriè pertinet, merè enim Attica eſt. Eius hîc meminiſſe, cõmodum arbitramur, tum quòd nomina per eã flexa interlegendũ non rarò occurrãt, tum quòd hæc declinatio à tertia cõmuni, quã nouiſſimè excuſſimus, deriuatur. Ad deducendi autẽ rationem tria ſunt obſeruanda. Amant imprimis hęc nomina penultimam habere correptã. Quod vt fiat, modò literas tollunt, modò verò mutant, præſertim ſi ος finale purũ eſt. Deinde α & ο in vltima ſyllaba nominum tertiæ declinationis reperta in ω vertuntur. Poſtremò quando extrema illa ſyllaba habet ι, vel υ iuncta cum ο, Atticus υ prorſus expellit. At ι etiam ſi de ſerie ſcripturæ ſubducatur, planè tamen non perimitur, ſed τῷ ω ſubijcitur, vnde diphthongus reſultat impropria ῳ. Canones hoſce exemplis accõmoda ſequẽtibus. Tertia declinatio, profert νικόλαος & ἔγγαιος: hæc, νικόλεως, & ἔγγεως. Illic τὰ ἔγγαια, hîc τὰ ἔγγεω, τοῦ μενελάου, τοῦ μενέλεω, οἱ μενέλαοι, οἱ μενέλεῳ. Sic τοῖν μενελάοιν τοῖς μενελάοις cõmuniter, Atticè τοῖν

μενέλεῳν, τοῖς μενέλεως. Sed huius declinatiõis caſus, caſuúmq; terminationes preſſius expendamus.

Nominatiuus ſingularis in ως & ων deſinit, eius generis cuius ſunt voces tertiæ declinationis, vnde hæ manant. Ergo ως eſt generis maſculini, fœminini & Communis: ων vero neutrius. Genitiuus per ω exit. Datiuus per ῳ. Accuſatiuus per ων. Omnis enim accuſatiuus ſingularis pariſyllaborũ nominum in ν deſinit, cum vocali nominatiui. Quinq; notantur quæ in ω finiũt: ἄθως, ἕως, τῶς, κῶς, & λαγῶς: à quibus ſunt ἄθω, ἕω, τῶ, κῶ & λαγῶ. Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo, nam ſcire operæpretium eſt, quòd cum vocatiuus dualis & pluralis ſine controuerſia, ſuo ſemper ſit ſimilis nominatiuo, ſingularis verò nonnunquam diſſimilis inueniatur, tamen vt in hac, ita & in alijs quibuſcunq; declinationibus, vocatiuus cuiuſuis numeri ἀττικῶς ſimilis eſt nominatiuo. Caſus duales & plurales imitantur declinationem tertiã in ſimilibus numeris obſeruatis videlicet ijs, quæ præſcriptæ ſunt, regulis.

Sing. ὁ καὶ ὦ νικόλεως, τοῦ νικόλεω, τῷ νικόλεῳ, τὸν νικόλεων.
Dual. τὼ καὶ ὦ νικόλεω, τοῖν νικόλεῳν.
Plur. οἱ καὶ ὦ νικόλεῳ, τῶν νικόλεων, τοῖς νικόλεῳς, τοὺς νικόλεως.

Ad hũc modum ἡ ἅλως, τῆς ἅλω: & ὁ καὶ ἡ ἔγγεως licet declinare. Neutrum autem, τὸ ἔγγεων paulò diuerſius, ſic nimirum:

Sing. τὸ καὶ ὦ ἔγγεων, τοῦ ἔγγεω, τῷ ἔγγεῳ.
Dual. τὼ καὶ ὦ ἔγγεω, τοῖν ἔγγεῳν.
Plur. τὰ καὶ ὦ ἔγγεω, τῶν ἔγγεων, τοῖς ἔγγεῳς.

Sed antè quàm de ἰσοσυλλάβοις egrediamur, incõſultũ, mea quidẽ ſentẽtia, non fuerit, in ipſis flectendis ingeniũ pueri variè exercere. Mirũ etenim quãtum ad regularũ cõfirmationẽ conferat exercitatio. Mandabimus itaq; vt non ea modò quæ vnius ſunt declinationis, ſed & quæ diuerſarũ, generũ quoq; variorum ſunt, declinet. Hoc enim dum efficere contendet, iam cũ hac, iam cũ illa declinatione, rẽ vt habeat neceſſe eſt.

Exempli gratia, ἀκούσιος, ἀκουσία, ἀκούσιον: ἀγαθός, ἀγαθὴ, ἀγαθόν. Præterea autem, vt diuerſa duo nomina declinationũ itidem diuerſarum iunctim variet, vt βιβλιοπώλης δεξιός, vel ἡμέρα εὔκαιρος. Hæc, & huiuſcemodi alia, de lectione eius authoris qui prælegetur, & grammaticæ adiungetur, licebit colligere. Certum ſiquidem eſt, & grammaticam, & eius ἀξιώματα quęcunq;, ſi cum ſcriptore probato non conferantur, langueſcere, atq; adeo nihili eſſe.

QVINTA DECLINATIO.

HActenus quatuor pariſyllaborum nominum declinationes, quàm maxima fieri potuit tum breuitate, tum facilitate, percurrimus. Quinta τῶν περιττοσυλλάβων ſupereſt, quę vna cum omnibus alijs poteſt, non terminationum modo varietate, ſed canonum & regularum multiplici obſeruatione certare, quin omnes eas longè exuperare. Quare ſedulò magis danda eſt opera, vt ratio aliqua ineatur, qua tyronum animi, de tam inuoluta diſputatione, ſi non prorſus, aliqua ſaltem ex parte, extricentur. Primùm ergo de hac declinatione in genere dicamus.

Nominatiuus quintæ declinationis prægnans ſupra modũ eſt, abundánſq; terminationum: præter eas ſiquidem, quas cũ præcedentibus declinationibus ferè communes habet, alias omnes, quæcunque illæ, ac quotcunq; ſint, nominum terminationes, capit & cõtinet. Genitiuus per ος definit. Datiuus per ι. Accuſatiuus per α vel ν. Vocatiuus, vt plurimum, nominatiuo ſimilis eſt. Nominatiuus & proinde accuſatiuus & vocatiuus duales in ε exeunt. Genitiuus in οιν. Pluralis nominatiuus, cui ſimilis eſt vocatiuus in ες terminatur (ſcitum ſatis eſt neutra nuſquam ſui eſſe diſſimilia.) Genitiuus in ων. Datiuus in σι. Accuſatiuus in ας. Iſthæc nos exemplis confirmemus.

Singul.	ὁ καὶ ὦ ἀγὼν, τοῦ ἀγῶνος, τῷ ἀγῶνι, τὸν ἀγῶνα.
Dual.	τὼ καὶ ὦ ἀγῶνε, τοῖν ἀγώνοιν.
Plur.	οἱ καὶ ὦ ἀγῶνες, τῶν ἀγώνων, τοῖς ἀγῶσι, τοὺς ἀγῶνας.

Sing.	ἡ καὶ ὦ λαμπὰς, τῆς λαμπάδος, τῇ λαμπάδι, τὴν λαμπάδα.
Dual.	τὰ καὶ ὦ λαμπάδε, ταῖν λαμπάδοιν.
Plur.	αἱ καὶ ὦ λαμπάδες, τῶν λαμπάδων, ταῖς λαμπάσι, τὰς λαμπάδας.

Sing.	τὸ καὶ ὦ βῆμα, τοῦ βήματος, τῷ βήματι.
Dual.	τὼ καὶ ὦ βήματε, τοῖν βημάτοιν.
Plur.	τὰ καὶ ὦ βήματα, τῶν βημάτων, τοῖς βήμασι.

Generatim hactenus quæ dicta ſunt, mancam, neq; ſatis iuſtam præbent huius declinationis indicationem. Quærendũ igitur nobis eſt, amplius de ea quod præcipiatur. Et quinque quidem caſus ſigillatim tractandi videntur potiſſimum, Nominatiuus, genitiuus, accuſatiuus, & vocatiuus ſingulares, itẽ datiuus pluralis. Horum vtiq; caſuum ſi genium noris & naturam, quintæ declinationis difficultates, aut omnes, aut certè plurimas & maximas domuiſſe te exiſtimato.

NOMINATIVVS.

Nominatiuus ſingularis quintæ declinationis his, nec vllis omnino alijs clauditur literis, α ι υ ω ν ξ ρ ς ψ vt δόγμα, μέλι, ἡδὺ, σαπφώ, τρήρων, πέρδιξ, χείρ, κλείς, κύκλωψ. Quæ terminationum deſignatio ſtrictim propoſita intelligatur. Conſonantium ſiquidem prædictarum vnaquæq; alias atque alias, pro ratione nimirum vocalis ipſi præfixæ, nanciſcitur terminationes, Id quod in σ poſſit ita videri: βόας, λάχης, πάρις, ἡδύς, δαψιλές, τέλος, ἰδρώς. Idem in conſonantibus alijs ſcrupuloſius explorare, tædioſum, quàm fructuoſum magis eſſet. Nam hæc, vel vltrò ſeſe offerunt ſtudioſis.

Igitur quæcunque nomina finire aliter, quàm vel hîc, vel in alijs declinationibus cautum eſt, inuenies, illegitima, neq; apud Græcos percuſſa, reputaueris. Eius generis ſunt, ἀβραάμ, δαβίδ, ἰωσήφ, & alia huiuſcemodi pleraque de χαλκευτικῇ Hebræorum producta.

In declinationibus pariſyllabis genera cum nominatiuorũ terminatione ſimul patuerunt. In hac ſola factum hoc cum nõ ſit, occaſionem meritò ipſa cæperit expoſtulandi: vt quæ hoc nomine ſortis videri queat deterioris. Sed in tanta terminationum, vt ita dicã, abyſſo, quid facias? Quin, quid illic, obſecro, tu agas, vbi terminatio eadem generibus obnoxia diuerſis deprehenditur? Legis ὁ ποιμήν, ὁ δελφίν. ex aduerſo vides ἡ φοινίκην, ἡ σαλαμίν. Audis ὁ θώραξ, aliunde autem, ἡ ἄβλαξ. Deniq; maſculino genere μάκαρ, fœminino δάμαρ, neutro autem ἦπαρ, enuntias. Vt negotium hoc plenius perſequi velle, laboris cuiuſdam non ab re cẽſeatur immenſi. Cæterùm, quò nobis animo ſit æquiore hæc declinatio, aliquid, quantulumcunq; etiam ipſum fuerit, potius q̃ nihil, lubentes dabimus.

Nomina quintæ declinationis generis maſculini in aliquã harum conſonantium deſinunt, ν ξ ρ σ ψ: vt δράκων, θώραξ, αἰθὴρ, βότρυς, λίψ. Ex vocalibus autẽ nulla eſt, in quam huius generis nomina deſinant.

Fœminina eas ipſas conſonãtes ſibi vendicant, quas & maſculina: vt ἡ τρίβων, κύλιξ, μήτηρ, φιλότης, φλέψ. Ex vocalibus vnam ſibi aſciſcunt ω, vt ἡ λητώ.

Neutra poſtremò per has vocales exeunt: α τραῦμα, ι μέλι, υ δόρυ. Per cõſonãtes autẽ has tãtùm, ν πᾶν, ρ ἧπαρ, σ vt σκῖς.

GENITIVVS.

MAgnopere nobis verẽdum, ne multiplex, & ob hoc difficilis exiſtimata, genitiui ſingularis formatio, grȩcè candidatos, in quandam conijciat δυσελπιστίαν. Genitiuus enim hic, vt maximè ος habeat, ante tamen illud,

poteſt vocalium aliqua poni, vt ἡδέος, γένυος: aut conſonantium interim vna, λιθὸς, φλογός: aut duæ, χαρίεντος, τίρυνθος. Quænam autem vel vocales, vel conſonantes, & quādo præponi τῷ ος debeant, iuxta operoſum foret, vel nobis præſcribere, vel quod præſcriptum eſſet, puero ediſcere. Præſertim verò cum nominatiui ſimilium terminationum, ſuos genitiuos diſſimiliter formare paſſim deprehendantur. λυτὴρ enim λυτῆρος facit, αἰθὴρ autem αἰθέρος, ὠκὺς format ὠκέος: contrà βότρυς, βότρυος, ἱδρὼς & μύρμηξ, ἱδρῶτος gignunt & μύρμηκος: ἥρως è regione habet ἥρωος, & ἀλώπηξ ἀλώπεκος. Inſuper exploratum eſt de diuerſis nominatiuis, qui tamē re ſint eiuſdem, genitiuos deduci varios, à φόρκυς ſiquidem fit φόρκυος, & à φόρκυν φόρκυνος. Amplius autem, & quod magis mirere, animaduertas nominatiuum eūdem, & rei eiuſdem, genitiuos dare diuerſos, vt χάρων χάροντος, καὶ χάρωνος: δράκων δράκοντος itidem καὶ δράκωνος. Hæc ergo, (vt alia interim non pauca ſcientes prætermittamus) ſunt, quæ viam aliquam formandi genitiui inquirentibus, moleſtam ingerant turbationem. Cui incommodo ita forſan poſſit mederi: Meminerimus aliorum caſuum quorūuis ſint numerorum, primariam formationem de genitiuo ſingulari pendêre. Cui rei argumento eſt non obſcuro penultima, quam illi cum genitiuo communem ferè habent: cui ſanè penultimæ ſua cuiuſq; caſus addit terminatio, vel ι ſcilicet, vel ε vel ων & cętera. Illa autē quæcunq; fuerit, ſi in ος mutabitur, expeditum tibi proponet genitiuum. Quod dicimus eſt huiuſmodi: Finge hos caſus μάκαρες, δάμαρτε, δελέατα, tibi inter legendum offerri, etiā indubiè ſi de nominatiuis ſimiliter deſinentibus ducantur, μάκαρ, δάμαρ, δέλεαρ. ilico tamen cognoſces admodum variè de illis formari genitiuos. nam ες ε & α in ος mutatis, reſultant genitiui μάκαρος, δάμαρτος, & δελέατος. Eadem ratione legenti ὑδάτων, θόαντα, τίρυνθας, licebit pronunciare: à nominatiuis ὕδωρ, θόας, & τίρυνς, genitiuos naſci ὕδατος, θόαντος,

τίρυνθος.

Laboranti præterea in genitiuo comperiendo, præſens de λεξικῷ Græcolatino aderit auxilium, de eo enim libro non genitiui tantùm depromas terminationem, ſed & omnium nominum declinationem, genus & ſignificationẽ. Quapropter, meo iudicio, nemo, niſi incommodè, libro eſt eo cariturus, qui Græcæ linguæ notitiam ſibi parare inſtituerit. Nam quis memoriæ eſt vſqueadeo tenacis, vt quæcunque de doctore exaudierit, in promptu habeat perpetuò? Aut cuínam ſemper adeſt is, à quo quæ exciderint, protinus accipiat? Hæſitantibus autem, & præſidium de Lexico petẽtibus, minimè grauatè adferet paratiſſimum.

ACCVSATIVVS.

Accuſatiuus ſingularis bifariam, vti antea dictum eſt, effertur: aut enim per α deſinit, aut per ν. Horum alterũ qui cognouerit, ſimul alterum nõ ignorabit, quando quæ vni deſunt, alteri inſunt. Nomina igitur in αυς vel in ους deſinentia, & genitiuum per ος purum mittentia, in ν faciunt accuſatiuum, vt γραῦς, γραός, γραῦν, βοῦς, βοός, βοῦν. Huius ordinis, id eſt accuſatiuum per ν habentia, ſi qua ſunt pręter hæc, vt profectò ſunt, nos alio loco ipſis propriore, congruentioreq́; referemus. Tyronibus ſit hoc impræſentiarum ſatis, Reliqua nomina, ab illis iam demonſtratis, accuſatiuum per α efficere, λαμπὰς λαμπάδα, χλαμὺς χλαμύδα, ἔρις ἔριδα, πούς πόδα.

VOCATIVVS.

In hoc caſu regulam καθολικὴν ſtatuamus. Vocatiuus ſingularis τῶν πεμπτοκλίτων ſimilis eſt ſuo nominatiuo, vt ὁ νέστωρ, ὦ νέστωρ, ὁ ἄραψ, ὦ ἄραψ, ἡ ἄβλαξ, ὦ ἄβλαξ, ἡ κόνις, ὦ κόνις.

De tam inſigni regula nõ pauca eximuntur. Omnium primùm nomina adiectiua in εις & in ην vt χαρίεις, τέρην: horum

enim vocatiuus in ερ exit, vt ὦ χαρίερ, ὦ τέρερ.

Præterea quæ in genitiuo ante ος ντ habent, vt θόας θόαντος, λέων λέοντος, nam hæc, τος ſuppreſſo, in ν & ipſa vocatiuum faciunt, ὦ θόαν, ὦ λέον. Quò pertinent tum adiectiua in εις, vt χαρίεις, tum ſubſtantiua, vt πλακόεις, σιμόεις: cũ enim χαρίεντος faciunt, & σιμόεντος, meritò χαρίεν σιμόεν & πλακόεν facient.

Itẽ in αις, αυς, & ους finita, vt παῖς, ναῦς, & βοῦς. Finali enim σ abiecto, relinquitur vocatiuus παῖ, ναῦ, βοῦ. Duo hinc ſubexcipiuntur, ὀδούς & πούς, quæ regulæ adhærent, ac vocatiuum ſimilem nominatiuo faciunt. Quod ideo factum apparet, ne ſi ὀδοῦ dictum eſſet, genitiuus à nominatiuo ὀδός, & ποῦ aduerbium ἐρωτηματικὸν crederetur.

Quæ inſuper finiunt in ηρ eorum vocatiuus modò ſecundũ regulam in ηρ terminatur: modò præter regulam in ερ.

Qua in re videndum, nominatiuus tonum recipiat in vltima ſyllaba nécne. Nam quæ admittunt, à regula non diſcedũt, vt λυτὴρ, αἰθὴρ, ὦ λυτὴρ, ὦ αἰθὴρ. Quatuor hinc excipiũtur, πατὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ & σωτὴρ: à quibus vocatiui fiunt ὦ πάτερ, ἄνερ, δᾶερ, σῶτερ. Quo modo & ea terminantur, quæ in vltima ſyllaba tono non ſignãtur, vt μήτηρ, θυγάτηρ, ὦ μῆτερ, θύγατερ. Tollitur vnum, ὦ πίηρ.

A nominibus deniq; in ων, vocatiuum ſimilem nominatiuo habentibus (niſi regularum antè poſitarum aliqua prohibeat, vt λέων λέοντος ὦ λέον.) quatuor maximè demenda notantur, ποσειδάων, ποσειδῶν, ἀγαμέμνων, & ἀπόλλων: quorũ vocatiui ſunt ὦ ποσείδαον, πόσειδον, ἀγάμεμνον & ἄπολλον.

DATIVVS PLVRALIS.

ET in hoc caſu formando κανὼν ſtatuatur vniuerſalis: Datiuus pluralis fit à datiuo ſingulari, præponendo σ literæ ι quæ in eo caſu vltima eſt, vt τρὼς, τρωΐ, τρωσί: ἅλς, ἁλί, ἁλσί.

Subtrahuntur ab hac regula quæ ante illud ι finale, δ, θ, τ, ν,

vel ντ habent: non prius enim σ τῷ ι pręponitur, quàm conſonantes illæ fuerint eiectæ. Quæ illa, obſecro, tandem pronunciationis eſſet durities, λαμπάδσι, ὄρνιθσι? Mollius itaque λαμπάσι, ὄρνισι, λέβησι, πλάτωσι & αἴασι formaris, à λαμπάδι, ὄρνιθι, λέβητι, πλάτωνι, αἴαντι.

Videri poteſt formatio hæc ſecundum exceptionem data, aperta ſatis & expedita, verùm nimis eſt periculoſa, & planè huiuſmodi, quæ in turpe erratum facilè protrudat incautos.

Spectandum ergo num penultima datiui ſingularis ante ντ ε habeat, aut ο. Quod ſi eſt, non prius ντ in σ mutaris, quàm τῷ ε ι addideris: vt ex earum coïtione diphthongus ει reſultet. Vocali autem ο vocalem υ adtexes, vnde diphthongus ου cõcinnabitur. à χαρίεντι igitur non facies χαρίεσι, ſed χαρίεισι: neque à λέοντι, λέοσι, ſed λέουσι.

Sunt alia nomina, quæ datiuum pluralem, noua quadam ratione, à datiuo ſingulari deriuant, ea ſunt quæ συγκοπὴν patiũtur. Syncope autem eſt expunctio literæ vel ſyllabæ de media dictione. Talia ſunt πατὴρ, πατέρος πατρός, πατέρι πατρί: ἀνὴρ, ἀνέρος ἀνδρός, (hoc capit δ loco ε: vnde minuitur numerus ſyllabarũ) ἀνέρι & ἀνδρί: μήτηρ, μητέρος μητρός, μητέρι μητρί. Hæc igitur & alia id genus nomina, à datiuo ſingulari syncopen paſſo, formant datiuum pluralem, mutando ι vltimo loco poſitum in α, cui σι adnectitur, μητράσι, ἀνδράσι, πατράσι.

Hæc nomina proximè præcedentia qui conſiderabit, facile intelliget quamobrem ſupra dixerimus in formando genitiuo ſingulari, penultimam aliorum caſuum non ſemper, ſed ferè ſimilem eſſe penultimæ illius genitiui. Diuerſarum enim penultimarum eſſe vides λέοντος, & λέουσι: μητέρος, ſiue μητρός, & μητράσι.

Quæcunq; τῇ τελευταίᾳ ου diphthongo terminantur ſuis nominatiuis ι addunt, βοῦς βουσί: ποὺς autem more eorum quæ in datiuo ſingulari δ ante ι habent, ποσὶ facit. Ad χεὶρ quod attinet, χερσὶ omnes habere ſciunt: ſed nõ eodem modo omnes

formant:nam alij de nominatiuo ducunt, ι ſublato & σι addi-
to. Alij malunt à datiuo ſingulari declinare, ι prioris ſyllabæ
itidē ſubducto,& litera σ interiecta.Conſilium eſt,ab vtro po
tius deflectatur,ita anxiè tibi non eſſe laborandū.Quid enim
vetat eundē caſum duabus inniti regulis?atqui hoc cui cōtin-
git,caſus multo certior eſt,& confirmatior. Si ambigenti de
caſu incerto regula proponitur, cui caſus ſatis eſt exploratus,
non eſt cur is de regula vſqueadeo ſolicitè angatur.

Datiuo caſui,atq; ipſi certè nomini manum poſtremā impo
ſituri, lubet prius non pœnitendam fortaſſe datiuorum regu-
lam dare : ea fuerit huiuſmodi:

Omnis datiuus quotęcunq; ſit declinationis,aut numeri cu
iuſlibet, ι aut ἐκφωνούμενον habet,id eſt explicitum, aut ἀνεκφώ-
νητον,id eſt implicitū.Implicitum vocamus,quod in diphthō-
go reperitur impropria: vt fit in datiuis ſingularibus τῶν ἰσοσυλ-
λάβων,vt τῷ αἰνείᾳ,τῇ τιμῇ, τῷ λόγῳ,τῷ εὔγεῳ. Explicitum verò
& expreſſum,quod nō iā cū diphthōgo implicatur,ſed exer-
tè patet,ſonúmq; habet,quemadmodū fit in datiuis pariſylla
borum(modo non Atticorum)tum dualibus,tum pluralibꝰ,
τοῖν χρύσαιν,μαίαιν,ξύλοιν:τοῖς χρύσαις,μαίαις,ξύλοις, & perpetuū
eſt datiuis omnibus quintę huius declinationis,τῷ καυχήματι,
τοῖν καυχημάτοιν, τοῖς καυχήμασι.

Eniniuerò ſunt etiam atq; etiam pueri admonēdi, ne parte
hac orationis tantopere neceſſaria perfunctoriè ſolū & velut
trāſeunter examinata,protinus ſe in aliā partē conijciant,no-
mina verò in omnes partes verſent:& quomodo pariſyllaba
inter ſe variè inclinarunt, anteq̄ in τὰ περιττοσύλλαβα irrūperēt,
ita nō prius ab his exeant,quàm & hæc,& illa iā ſeiunctim,iā
ſeparatim variādo, promptā declinādi ſibi pepererint dexte-
ritatē.Exēpla aliquot ſuppeditabimus,ipſi ꝓ arbitratu,& re na
ta,alia ſibi ſumāt declināda. σχοινοβάτης ἄφρων, βακτηρία τέρην,
ἄνθρωπος μάκαρ, ναῦς τιμήεις, ῥαγικὸς πώγων, εὔγεως χώρα, εὐ-
γνώμων παῖς. Tantum de nomine.

LIBER TERTIVS.

VERBVM.

VErbum, orationis pars eſt declinabilis, ſine caſu, actionem ſignificans aut paſſionẽ. Actionem, vt γράφω, Paſſionem vt γράφομαι. Qui enim aliquid ſcribit, puta carmen Homericum, aut dogma Ariſtotelicum: in ea agit, circáque ea operatur. Contrà, verſus, & præceptum patiuntur, ſcribendíque ſuſtinent operationem.

Verbo accidunt octo: εἶδος, σχῆμα, πρόσωπον, ἀριθμός, γένος, ἔγκλισις, χρόνος, καὶ συζυγία. Species, figura, perſona, numerus, genus, modus, tempus & coniugatio.

Species, vt in nomine, duplex eſt: Primitiua, vt πολεμέω bellum gero. Deriuatiua, πολεμίζω, bellaturio bellare geſtio.

Figura verbi triplex eſt, vt nominis: Simplex vt φέρω, fero. Compoſita ἐκφέρω, ab ἐξ, ξ in κ verſo & φέρω. Decompoſita ὑπεκφέρω, ab ὑπὸ & ἐκφέρω ſubeffero.

Perſonæ ſunt tres: Prima ea eſt quæ loquitur, ἀκούω, audio. Secũda cui loquimur, ἀκούεις, audis. Tertia qua de loquimur, ἀκούει, audit.

Numeri non ſunt hîc quàm in nomine pauciores. Singularis τέρπω, delecto. Dualis τέρπετον, delectatis duo, Pluralis τέρπομεν delectamus plures duobus: puta tres, quatuor, aut quotquot ὑπὲρ τὴν δυάδα eſſe contigerit.

Genera quinq; ponuntur: ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν ἢ μέσον, αὐτοενεργητικὸν, καὶ αὐτοπαθητικὸν. Actiuum, Paſſiuũ, Neutrum, cõmune ſiue medium, perſeactiuum (ita enim vt Græcas voces expreſſius reddamus loqui cogimur) & perſepaſſiuum.

ingerit, ſuſtinet ac recipit.

Modus eſt per quem animum noſtrum in aliquid propenſum & inclinatum, nóſque ſic aut ſic affectos oſtendimus: In verbis quinque ſtatuuntur ἐγκλίσεις ſiue affectiones: ὁριστικὴ, προστακτικὴ, εὐκτικὴ, ὑποτακτικὴ, καὶ ἀπαρέμφατος. Indicatiua, Imperatiua, Optatiua, Subiunctiua, & Infinita.

Indicatiua, rem nudè & ſimpliciter indicat, vt λέγω.

Imperatiua, non ſimpliciter indicat, ſed iuſſus & imperij præterea habet indicium: λέγε, dic.

Sic Optatiua, optare nos & cõcupiſcere declarat: εἴθε λέγοιμι, vtinam dicam.

Subiunctiua, ſenſum ſuſpendit, ἐὰν φανερῶς τοῦτο τοσαυτάκις λελέχωμεν, hoc toties cum manifeſtè dixerimus: perficit verò ſenſum alia oratione ſubiuncta: vt πῶς οὐκ οἶδας: quî fit vt neſcias?

Infinita, ex ſe, ſine finitis, id eſt certis perſonis & numeris effertur, vt, λέγειν dicere. perſonæ tamen interim quotæcunque, ac numeri cuiuſuis capax. Quare pro ratione vocis ipſi adiunctæ, perſonę alicuius aut numeri dicetur eſſe. vt δεῖ ἐμὲ, σὲ, αὐτὸν, ἡμᾶς, ὑμᾶς, αὐτοὺς λέγειν: oportet me, te, eũ, nos, vos, illos legere vel dicere.

Sex ſunt χρόνοι ſeu tempora: ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, ὑπερσυντέλικος, ἀόριστος, μέλλων. Præſens, Præteritum imperfectum, Perfectum, Pluſquamperfectum, Indefinitum, & Futurum.

Præſens eſt, quo rem fieri adhuc, & in tempore quod nunc eſt, ſignificamus, τύπτω verbero.

Præteritum imperfectum, quo res occepta quidem, ſed nondum perfecta notatur, ἔτυπτον verberabam, & verberandi finem nondum feceram.

Perfectum rem certè iam abſolutam, ſed non ita pridem inſinuat, τέτυφα nuper, vel paulò antè verberaui.

Pluſquamperfectum rem dudum perfectam exprimit, ἐτετύφειν iampridem verberaueram.

Indefinitum tempus quatenus rem notat conſummatam & perfectam, cum præterito conuenit perfecto, & cum pluſquamperfecto. Verùm quoniam hoc ſine diſcrimine facit, ab vtroque diſtinguitur. Res enim quandocunque peracta ſit, hoc eſt ſiue pridem, ſiue ſecus, hoc tempore ſignificatur. Vnde & nomen ſibi inuenit. Planè indefinitum tempus Græcorum, cum præterito perfecto Romanorum conſpirat: nam & hoc, & illud rem ſignificat vel modò, vel multò antè completam. Ac quemadmodum Latini vt certum tempus reddatur, ſuo perfecto præponunt voculas modò, vel pridem, vt modò ſcripſi, pridem verberaui: ita Græci ſuis ἀορίστοις addunt, τὸ ἄρτι, vel τὸ πάλαι: ἄρτι ἔγραψα, πάλαι ἔτυπον. Porrò vt dualem numerum, ſic indefinitum tempus, ipſúmque in eodem ſignificato geminatum, non neceſſitas vlla, ſed copia Græca dedit. Secretionis autem gratia, alterum prius, alterum poſterius appellarunt. Hinc alienæ non ſunt aliquot Latinorum verborum perſonæ in eodem ſignificato geminatæ: amauerunt, amauêre: amaberis, amabere: ameris, amere.

Tempus futurum rem deſignat futuram. Hoc Græcorum itidem ἀφθονία triplex fecit. Primum eſt & ſecundũ quibus futurum quidpiam ſub ancipiti tempore notatur: τύψω, τυπῶ, verberabo vel poſtmodum, vel cras, vel poſtridie, vel ſequente alio quouis tempore. Tertium autem futurum rem continuò & mox tantùm futuram innuit. Quamobrem χρόνος μετ' ὀλίγον μέλλων, id eſt tempus paulò pòſt futurum vocatur: τετύψομαι, iamiam verberabor. Eſt hoc genus futuri ab Atticis profectum, & paſſiuis verbis propriè adiudicatum. Latini videntur hoc futurum vtcunq; imitari, dum dicunt rediero, dum hæc perficias.

Octauum & vltimum verbi accidens συζυγία vocatur, nomine compoſito à σὺν con, ſiue ſimul, & ζυγὸς iugum: quo boues ad vecturam aut arationem connecti ſolent, vt ſit in verbis coniugatio μεταφορικῶς, per quā perſona perſonæ, numerus numero, tempus tēpori, & modus modo coniungitur, & velut colligatur.

Coniugandorum verborum non eſt vna & ſimplex ratio. Sextuplex enim conſtituitur συζυγία: πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, πέμπτη, ἕκτη. Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Sexta. Earum quæque quota, id eſt quæ prima, quæ ſecunda, & deinceps cenſenda ſit, ex literis quas characteriſticas vocant, deprehenditur. Litera autem χαρακτηριστικὴ eſt quæ in tempore præſenti, & futuro verbi actiui ω finale præcedit, in prǽterito autem perfecto α anteit, vt γ in λέγω, ξ in λέξω, χ in λέλεχα.

Rogarit aliquis, quare tribus ſolum temporibus, præſenti futuro & præterito perfecto, non etiam alijs temporibus αἱ χαρακτηριστικαὶ adſcribantur? Hoc ideo fit, quòd à præſenti tempore (qui aliorum temporum fons eſt) futurum deducatur, à futuro præteritum perfectum, à quibus deinde tribus reliqua tempora deriuantur. Quo fit, vt perſpectis tribus hiſce temporibus, aliorum σχηματισμὸς mirè facilis ſit futurus. Sed iam ad coniugationes.

Primæ coniugationis præſens tempus characteriſticas habet π β φ: vt τέρπω, λείβω, γράφω. Futurum ψ: vt τέρψω, λείψω, γράψω. Præteritum perfectum φ, vt τέτερφα, λέλειφα, γέγραφα. Quòd ſi ante ω πτ inuenias, π non τ characteriſticam literam exiſtimabis: nam π per παρέμπτωσιν & quandam intercalationem τ ſibi adiungit, vt τύπτω, cuius proinde vltima ſyllaba per π conſtituitur, non per τ, non enim ita ſeiunges priorem ſyllabam à poſteriore τύπ, τω, ſed ita τύ, πτω.

Vlterius antè quàm progrediamur, pueros volo commonefactos, vt ſi videbunt hæc tempora inter ſe differre, numero ſyllabarum, ſcriptura, ídq; ſiue in principio contingat, ſiue in fine, curioſiores non ſint, & ne quærant, quę ſit huius diuerſitatis cauſa, & id quî fiat. Hoc ſiquidem eſt pręproperè ſimul & præpoſterè de rebus inquirere. Hinc diſcenti ingens confuſio, & diſcendi peruerſus ordo. Quod ergo ſimpliciter pręſcribitur, puer ſimpliciter addiſcat, totus interim de alijs ſecurus.

Secundæ coniugationis præſens habet κ γ χ: πλέκω, λέγω, τρύχω. Futurum ξ: πλέξω, λέξω, τρύξω. Præteritum perfectum χ: πέπλεχα, λέλεχα, τέτρυχα.

Tertia coniugatio in pręſenti ſibi vẽdicat τ δ θ: ἀνύτω, ᾄδω, πλήθω. In futuro σ: ἀνύσω, ᾄσω, πλήσω. In pręterito κ: ἤνυκα, ᾖκα, πέπληκα.

Ad has tres primas coniugationes promptius capeſſendas, fixiúſque retinendas, conferet, ac memoriam plurimum adiuuabit, tenues conſonantes vnà cum ſuis medijs & aſpiratis in eas diſtribuere, vt ſcilicet π tenuis cum β media & φ aſpirata, primam ſortiantur coniugationem: κ cum ſuis, itidẽ ſecundam: τ deniq; cum ſuis, tertiam.

Præſentis quartæ coniugationis conſonantes characteriſticæ ſunt ζ & σσ, vt παίζω, φράζω: ὀρύσσω, πλάσσω. Attici autem in locum σσ duo ττ reponunt, pro ὀρύσσω, ὀρύττω: pro πλάσσω, πλάττω enunciantes.

Futurum & præteritum perfectum paulò inconſtantius ſe habent. Sunt enim huius cõiugationis verba quæ in his temporibus ſecundam imitantur coniugationem, ita vt ξ in futuro habeant, & proinde χ in præterito: vt παίζω, παίξω, πέπαιχα: ὀρύττω, ὀρύξω, ὄρυχα. Sunt contrà, quæ in futuro σ & in præterito κ habent: vt φράζω, φράσω, πέφρακα: πλάττω, πλάσω, πέπλακα. Quæ verò vtram ſequantur, dũ vſu

& lectione ſcies, & nos locum, vnde id doceri poſſit, diſpiciemus commodum, tu ad Lexicon, vbi πρόχειρον eſt auxiliũ, refugito.

Præſens quintæ coniugationis per quatuor immutabiles χαρακτηρίζεται: vt ψάλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω. Quæ ne non ſuo reſpondeant nomini, in futuro manent immutabiliter: ψαλῶ, νεμῶ, κρινῶ, σπερῶ. Præteritũ habet κ: ἔψαλκα, νενέμηκα, κέκρικα, ἔσπαρκα.

Verba deniq; ſunt ſextæ coniugationis, quæcunque ω purum habent: γελάω, τελέω, τίω. Futurum habet σ: γελάσω, τελέσω, τίσω. Præteritum κ: γεγέλακα, τετέλεκα, τέτικα. Ergo omne futurum vel ψ tenet, vel ξ, vel σ, vel immutabilem. Omne præteritum φ, χ, vel κ. Nam vbi futuro eſt ψ, præteritum capit φ: vbi autem ξ, χ: vbi vero σ eſt, vel immutabilis, κ.

MODVS INDICATIVVS.

Poſitarum à nobis ſex coniugationum, vnaquæque ſua tempora per quinque modos deducit. Modorum autem primus eſt Indicatiuus, quem diligentiſſime examinare, & noſce ideo oportet exactiſſimè, quòd de eo aliorum modorum tempora deflectantur. Et de primarijs igitur temporibus, præſenti inquam, futuro & præterito perfecto (nihildum enim niſi obiter de illis eſt dictum) neque non de reliquis, fuſius deinceps agatur.

Natura cõparatum ita videmus, vt multarum rerum, ſi caput modo & principia tenueris, rem protinus penè habeas totam: at in reperiendo exordio vſq; adeo laboratur, vt in origine prima ſolũ difficultas verſet, neq; ab re dictũ ſit, τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι. Tale prorſus quiddã in verborũ tẽporib⁹ cõſpicamur, vbi p diuerſos numeros perſonę tractãtur diuerſæ: quas modico negotio vſus reddet tibi prõptas, & faciles, ſi

inita ratione aliqua,tu poſſis primę perſonę ſingularis meminiſſe.Cui rei vt opitulemur,viſum eſt primá cuiuſq; temporis perſoná formatione, & certis regulis indicare. Hinc ſperátes fore(ſi cæteras perſonas tecũ, & cũ alio crebriter,atq; idẽtidẽ repetiueris) vt illa perſona prima, non iam ἡ τοῦ παντὸς ἀρχὴ, ſed τὸ πᾶν αὐτὸ,tibi meritò cenſeatur.

PRAESENS.

Tota verbi coniugatio primæ perſonæ præſentis,velut ſolidæ baſi & fundamẽto innititur:vnde & perſonam eam, ῥῆμα verbi vocarunt. Huius autem perſonæ formatio nobis non eſt inueſtiganda.Formatio ſiquidem de alio pendet pręeunte: at quod primum eſt,vnde ducas? Tantùm ergo prę ſentis tẽporis ſubiecta formula ediſcatur.

τύπτω, τύπτεις, τύπτει.
τύπτετον, τύπτετον.
τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Quæ cum compendio dicuntur, ſine diſpendio non prætermittuntur. Huius generis quædam nobis occurrunt, quorum pueros admonere par eſt. Primum. Quamuis ſex genera verborum antea ſtatuerimus, omnium tamen coniugatio ad tria tantùm reducitur: actiuum, paſſiuum, & medium. Nam actiua,neutra,& perſepaſſiua,vt terminatione, ita & cõiugandi ratione conueniunt. Quo igitur modo declinas τύπτω, τύπτεις, τύπτει: eodem & τρέχω, τρέχεις, τρέχει:& πάσχω, πάσχεις, πάσχει variabis.Perſeactiuum ſequitur coniugationem verbi paſſiui. Medium autem, temporum ſuorum aliquot actiuè,aliquot verò mouet paſſiuè. Quę ſuo loco omnia referabuntur.

Omne tempus,cuiuſcunq; ſit generis, cuius prima perſona pluralis in μεν exit, prima duali perſona prorſus caret. Rogarit forſan quis, In ſingulari & plurali, cum prima perſona ſit

expreſſa,cur in duali ſupprimitur? Pete tu viciſſim, Cum pluralis numerus dualem comprehēdere poſſet, vndénam ſumptus dualis eſt? Quòd ſi dicat,è copia. Tu reſpōde,& duali prima deeſt ex inopia. Sed ſeriò magis petatur: Cum nihil prohibeat duos de ſe loqui in prima perſona, vt, me & te cędētibus, nos verberamus, hoc ſi quando continget, quomodo ἑλληνιστὶ proferas? Ad primam pluralem confugies. Adeò enim hic numerus ex neceſſitate nō eſt, vt eius loco pluralem paſſim vſurpatum animaduertas..

Adhæc, Tertia perſona plurali in ι vel αι deſinente, ſecunda & tertia perſonæ duales, ſunt ſimiles. Alioqui autē diſſimiles.

Tertijs deniq; perſonis, tam ſingularibus quàm pluralibus, in ι vel ε finitis, Attici παραγωγικῶς addunt ν, vbi eas perſonas dictio conſequitur, quæ à vocali incipiat, vt ἔτυπτεν ἐκεῖνος, τύπτουσιν ἡμᾶς: pro ἔτυπτε & τύπτουσι. Idē faciūt & datiuis pluralibus quintæ declinatiōis, χερσὶν ἀμφοτέραις, pro χερσί. Quod & hîc & illic fit, vt hiulca vitetur pronūtiatio, quam edat concurſus vocalium, ἔτυπτε ἐκεῖνος. Eorum quę à nobis dicta ſunt, pars in coniugādo præſenti cōprobatur. Reliqua illic deſiderata, in ijs quæ ſequuntur, obſeruanti patebunt vel luculentiſſimè.

PRAETERITVM IMPERFECTVM.

IVre optimo tempus imperfectum à pręſenti formatur, illíq; ordine ſubijcitur, nonnihil enim ad naturā ipſius accedit: vt per quod res nondū perfecta, ſed quæ adhuc fieret, ſignificetur. Cæterum ab eodem præſenti, ſiue principij eius, ſiue finis rationē agas, tēpus hoc τῇ γραφῇ differt. Quod ad finem attinet, perpetuū eſt, nam præſens ſemper in ω, imperfectum verò ſemper in ον exit. Ad principium autē quod pertinet, non ſemper hæc tempora inter ſe diſcrepant. Verba etenim ſunt non pauca, quæ in vtroque tempore, eodem modo auſpicantur, vt ἰξεύω ἴξευον. At verba quæ diuerſum faciūt, ea ſunt alijs multo plura, & de quibus maximè nobis eſt diffe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rēdum: vt τύπτω ἔτυπτον, ἀκούω ἤκουον, ὁρίζω ὥριζον. Qualiſcũq; autē fuerit initialis illa mutatio & varietas, αὔξησις id eſt augmentum appellatur.

Augmentum duplex eſt: alterum vocāt ſyllabicum, alterũ temporale. Syllabicum nihil aliud eſt, quàm ſyllaba quæ præteritum imperfectum auget, redditque numero ſyllabarum maius quàm ſit ſuũ præſens, vt τρέφω ἔτρεφον. Temporale augmentum numero quidem ſyllabarum, non facit præteritum auctius. nam vbi χρονικὸν eſt augmentum, præſens & præteritũ ſyllabis æquantur, auget verò tēpore. cum enim ſyllabæ omnes ſuum habeāt tempus (nulla ſanè ſyllaba eſt quæ ſine tempore efferatur) certum eſt, tantum moræ & ſpatij in pronuntiatione vnius longæ abſumi, quātum in duarum breuium: vt in exprimēda dictione, tempora, tandiu hæremus in ſyllaba, tem, quandiu in duabus alijs, pora. Ergo per incremētum hoc temporale præſens à præterito tempore ſuperatur, quādo quæ vocalis in capite præſentis correpta erat, poſtmodum in fronte præteriti mutatur in longam, ἐλπίζω ἤλπιζον.

Augmento duplici deſignato, συλλαβικὸν, vt quod breuius multo eſt, peruiúmq; magis, prius expendemus quàm temporale. Rurſus autem, quoniam quæ ſimplicia ſunt, priora ſunt compoſitis, hac de re, nos vtrunque augmentum in ſimplicibus primùm, deinde in compoſitis excutiemus.

Omne verbum quod à conſonante incipit, adſumit in principio præteriti imperfecti augmentum ſyllabicum. Illud autē eſt ε: ψάλλω ἔψαλλον, κάμνω ἔκαμνον.

At verba à ρ inchoata, præter illam τοῦ ε πρόσληψιν, alterum ρ adſumunt: ita vt poſt augmentum, ρρ inuenias geminatum. ῥίπτω ἔῤῥιπτον, ῥοχθέω ἐῤῥόχθεον. Quod propterea contingit, ne ſpiritus θέματος immutetur. Nā regula eſt, Qualis eſt ſpiritus thematis, talem & aliorũ temporũ ſpiritum eſſe. vt φιλέω ἐφίλεον, φ vtrobiq; ſeruato. Iam ſi præteritum imperfectum ſimplici ρ ſcriberetur, omnino tenui ſpiritu notaretur. Quamuis

enim ῥ ſemper in initio dictionis aſpiretur, in medio tamen duarũ vocalium, ac in eadem dictione ſimplici, exilẽ ſpiritum habet, vt χαίρω, φέρω. etiam ſi exprimi ſpiritus nõ cõſueuerit. A ῥίπτω igitur aſpirato ſi ἔῤῥιπτον faceres, planè diuerſus thematis & præteriti ſpiritus foret. Et hæc de augmẽto ſyllabico.

De temporali augmẽto vt appoſitius dicatur, ſcire oportet, huiuſmodi augmentum in verbis locum habere, quæ à vocali incipiũt. Sed cum aliæ vocalium ſimplices ſint, & ſolæ: aliæ verò cõiunctæ, & in diphthõgo cõpoſitæ, nos verba ea primo loco expediemus, quæ de vocalibus auſpicantur ſimplicibus.

Et vt rem melius teneas, ſuccurrat illa vocaliũ diuiſio, quæ in huius συντάγματος primordio poſita eſt, nimirũ ex vocalibus alias mutabiles eſſe, alias immutabiles. Deinde prioris generis tres eſſe: α ε ο. Poſterioris, quatuor: η ω ι υ.

Ex hac bimembri diuiſione, duæ eliciẽtur regulæ. Quarum altera hæc fuerit: Quæ verba de mutabilibus vocalibus principium habent, eas in ἀντιστοίχους & longas conuertunt: α ſcilicet & ε in η, ο in ω: ἀκούω, ἤκουον: ἐλεέω, ἠλέεον: ὀνομάζω, ὠνόμαζον.

Patitur hæc regula duas exceptiones: vnam propter verba ab α incipientia. Quatuor enim verba ſunt, quæ in præteriti initio, α præſentis retinent immutatum: ἀηθέσσω, ἀηδίζομαι, ἄω, & ἀΐω.

Exceptio altera ducitur de verbis ab ε incipiẽtibus. Sedecim nanq; verba numerantur, quæ ſuo ε inceptiuo addunt ι, quare eorũ augmentũ per ει diphthongon propriã effertur: ἔχω, ἕπω, ἕλω, ἕλκω, ἕρπω, ἑλκύω, ἑρπύζω, ἑστήκω, ἕπομαι, ἑστιάω, ἐάω, ἕω, ἐρύω, ἔθω, ἐθίζω, ἐργάζομαι. Ab his εἶχον, εἷπον &c. fiunt.

Poſterior regula de partitione vocalium ſumpta, hæc eſt: Quæ ab immutabilibus vocalibus verba incipiunt, in præteritorum fronte nihil mutant, immutabilibus alioqui hoc ſuo nomine falſò nũcupandis. Idcirco ἠχέω, ἤχεον: ὠφελέω, ὠφέλεον: ἰξεύω, ἴξευον: ὑβρίζω, ὕβριζον. Et de verbis quæ de ſimplicibus vocalibus incipiunt, hactenus.

Enimuero quod in ſimplicibus traditum eſt vocalibus, poſſit ferè & in compoſitis obſeruari: vt diphthongorum nempe nobis aliæ dicantur mutabiles, alię immutabiles. Diphthongi mutabiles ſunt tres: αι, αυ, οι. In his α in η vertimus, ο autem in ω, vt paulo antè eſt factitatum. Quid autē de poſtpoſitiuis vocalibus ι & υ? ι ſubſcribitur, vnde naſcitur diphthongus impropria ῃ, ῳ: at υ permanet. Itaque ἄιρω, ᾖρον: ἀυλέω, ηὔλεον: ὀικτείρω, ᾤκτειρον. Immutabiles diphthongi ſunt itidē tres: ει, ευ, ου. quæ, vt ſint quod dicuntur, in pręterito iuxta ac in præſenti eędem perdurant: εἰκάζω, εἴκαζον: εὕδω, εὗδον: οὐτάζω, οὔταζον.

Tredecim veruntamen adnotantur verba, ab οι incipiētia, quæ nuper datam μεταβολὴν detrectant: ὀινίζω, ὀιδαίνω, ὀιακίζω, ὀιακονομῶ, ὀιακοστροφῶ, ὀικουρῶ, ὀιμῶ, ὀιῶμαι, ὀινῶ, ὀιστρῶ, ὀιωνίζομαι, ὀιωνοσκοπῶ, & ὀιωνοπολῶ. A quibus præterita fiunt, ὄινιζον, ὄιδαινον, &c.

Indignum admonitione illud non videtur, Atticos ſolere paſſim, & in verbis à conſonante incipientibus, & à diphthongo immutabili ευ, ε in η commutare: adeo vt nouum & ſecundarium videri poſſit augmentum. A μέλλω igitur præteritum fieri ἔμελλον, & ab εὕδω εὗδον ambigit nemo, & tamen illi ἤμελλον & ηὗδον dicere malunt. In hunc vſq; locum de augmento verborum ſimplicium, tum à vocalibus, qualeſcunq; hæ ſint, tum à conſonantibus, inceptantium, ſatis eſt diſſertum. Iam ad compoſita verba tranſeamus.

Præpoſitiones quę cum verbis componuntur, illis nonnunquam ita adduntur, vt ornatū dictioni tantùm afferant, ſignificantiam verò non mutent. Quę res dum accidit, augmentū in principio præpoſitionis non verbi ſtatuitur: vt ἐνέπω, etiam ſi ab ἐν & ἕπω conſurgit, & conficitur, nō tamē amplius quidquam ſignificat, quàm ſimplex ἕπω nimirum dico. Ideo verbi huius præteritum erit ἤνεπον. Aliquando verò contrà fit. nā & præpoſitio, verbi cum quo compingitur, mutat ſignificatū, & hac de re ἄυξησις verbo præfigitur: vt ἀκούω, quod audio ſi-

gnificat, ſi cũ παρὰ ponatur, & reſultet cõpoſitum παρακούω, ipſum non iam audio, ſed obaudio id eſt male audio ſignificabit. Ergo τῷ παρακούω præteritum fuerit παρήκουον.

Huc pertinent verba his voculis δὺς & εὐ ſubiuncta. nam δὺς verbo ſuo adfert malum, difficultatem vel impoſſibilitatem: εὐ ex aduerſo, bonum, facilitatem, atque poſſibilitatem. φορέω eſt fero, δυσφορέω ægrè & impatienter fero. ἀγγέλλω nuntio, εὐαγγέλλω bona nuntio, bonarum rerum nuntius ſum. horum præterita ſunt, δυσφόρεον, εὐήγγελλον.

Licet autem pueris ita præcipiatur, vt habeant quod ſequantur, & quo nitãtur, perpetua tamen hæc nõ ſunt, nam εὐδοκέω εὐδόκεον habere videbis. Et verba deprehendas, quibus in principio ſimul & in medio collocatum eſt augmentũ, vt ἐνοχλέω, ἠνώχλεον: παροινέω, ἐπαρῴνεον. Lectũ eſt & ab ἐκκλησιάζω ἐκκλησίαζον, γὼ τῷ παρατατικῷ. Receptiora porrò quæ ſint & probatiora, tantiſper dum puer frequenti lectione & obſeruatione, ea faciet ſibi familiaria, prudentis præceptoris partes erunt, inter prælegendum iſthæc obſeruata pueris indicare, & cum regulis conferre. Mirũ dubio procul, quàm hac in re vel nullus, vel certè modicus labor & docẽti, & diſcenti hinc ſit futurus.

De præterito imperfecto actũ videri queat cumulatiſſime. Quoniam autẽ quædam ſuperſunt præſentis & præteriti huius communia, pueris perquã neceſſaria, duximus ea non eſſe prætermittenda, cuiuſmodi hoc eſt: Dictio in vocalem deſinens, perdit eam, quando anteponitur verbo à vocali incipiẽti, verbo interim ſuam ἀρκτικὴν retinente: vt ſi παρὰ cum ἔχω componas, nõ παραέχω, aut παράχω dicas, ſed παρέχω & πάρειχον. Sic à καταλείπω κατέλειπον.

Excipiũtur duæ præpoſitiones περὶ & πρὸ, quæ verbo, cui adnectuntur, cedere nolunt. Quapropter vtroq; pertinaciter in compoſitione ſuam vocalem ſeruante illibatam, contingit vt vtriuſque, præpoſitionis inquam & verbi, vocalis ſubſiſtat, περιέχω περιεῖχον, προάγω προῆγον.

Neq; verò in præpoſitionibus tantùm in vocalem, ſed & in conſonantem finientibus, cautio eſt adhibenda. Sunt quãdoquidem verba, quæ nonnunquam in præſenti & præterito imperfecto alias atq; alias cõſonantes inueniuntur habere. Adeo vt cum in principio opuſculi huius ſcriptum ſit aliquot literas eſſe, quæ propter εὐφωνίαν ſonum ſuum varient, hîc præpoſitiones videas, non ſonum modò, ſed & ſcripturam mutantes, atque adeo literas penitus ſubmouentes, vt hac ratione videlicet, quæ durius alioqui cohærerent ſyllabæ emolliantur. Promptum eſt quod dicimus in his tribus præpoſitionibus ἐξ ἐν & σὺν intueri.

Si enim ἐξ verbo præponatur, quod à vocali incipiat, ſine cõtrouerſia ſuum ξ in præſenti & præterito iuxta ſeruat, ἐξάρχω ἐξῆρχον. At ſi de conſonante verbum capit initium, ξ in κ vertit. ab ἐξ igitur & λείπω compones ἐκλείπω, cuius præteritum eſt ἐξέλειπον.

Opus verò maius in mutando τὸ ν præpoſitionum ἐν & σὺν. Imprimis nanq; ſi cum verbis cõponas à β μ π φ & ψ inchoãtibus, ν in μ transformabis in præterito reſumendũ, propterea quòd non tunc ante has literas, ſed ante ε augmentum ſyllabicum ſtatuetur. Cõpone igitur cum ἐν, verba hæc βάλλω, μένω, πίπτω, φράττω, emergent ἐμβάλλω, ἐμμένω, ἐμπίπτω, ἐμφράττω, ἐμψηφίζω. Quorum præterita ſunt ἐνέβαλλον, ἐνέμενον, ἐνέπιπτον, ἐνέφραττον, & ἐνεψήφιζον. Non diſpari forma hæc cum σὺν componuntur, συμβουλεύω συνεβούλευον, συμμαχέω συνεμάχεον, συμπράττω συνέπραττον, συμφωνέω συνεφώνεον, συμψηφίζω συνεψήφιζον.

Rurſus ν in γ mutamus, quando verba incipiunt à κ γ χ, vt ἐγκόπτω ἐνέκοπτον, ἐγγράφω ἐνέγραφον, ἐγχείρω ἐνέχειρον, συγκαλέω συνεκάλεον, συγγηράσκω συνεγήρασκον, συγχαίρω συνέχαιρον.

Item eſt vbi σὺν non mutet ν ſed planè amittat, nẽpe quando ζ vel σ ipſum ſequuntur, pro συνζάω enim & συνστέλλω, συζάω dicimus & συστέλλω. Vnde fiunt συνέζαον, & συνέστελλον.

Amplius vbi ρ ſequitur σὺν, ν in alterum ρ conuertitur, vt *συῤῥάπτω συνέῤῥαπτον.*

Denique vtrumq;, & ἐν ſcilicet & σὺν, ante λ mutat ſuum ν in λ, vt *ἐλλείπω ἐνέλειπον, συλλαμβάνω συνελάμβανον.* Verùm de his ſatis multa. Dabunt operam iuuenes ne incaſſum hæc ſint præmonſtrata. Typum præteriti imperfecti ſubiūgemus, vbi primam ſingularē & tertiam pluralem eſſe ſimiles dixerimus.

ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε.
ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην.
ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον.

FVTVRVM PRIVS.

IN tractandis verborum temporibus, ſi ordinem naturę ſectaremur, de præterito primùm, poſt de præſenti, poſtremo autem loco ageremus de futuro. Nam ea omnino eſt ſecūdum naturam, temporum ſeries. Verùm nos in docendo, doctrinæ quàm naturæ ordinem potius conſideramus. Sic ergo tempora hîc perpēdimus, vt quæ de quibus formentur ſolum ſpectemus. Roganti ergo, Quamobrem tēpus præſens anteponitur præterito, cum tamen conſtet poſt præteritum præſens eſſe? Propterea, reſpondeto, quòd de tempore præſenti, velut de ſuo fonte, præteritū formatione deriuatur. Et nunc de futuro prius quàm de præterito perfecto dicere paramus, quòd ipſum perfectum formationem ſui aliqua ex parte de futuro abducit.

De futuro priore hoc *καθόλου* dictum eſto. Præſens & futurum totidem ſunt ſyllabarum, éſtq; idem vtriuſq; principiū, *στρέφω στρέψω, γήθω γήσω.* Tria tantùm verba aliter habent: *τρέχω, τρέφω,* & *ἔχω*. Quorum duo prima tenue τ in aſpiratum θ mutant, *θρέξω θρέψω*: *ἔχω* autem ſpiritum lenem in aſperum vertit *ἕξω.*

Quod ad literas huius tēporis characteriſticas attinet, etiā ſi ex ijs quæ in coniugationibus examinandis ſupra adducta

ſunt,colligere vtrunq; licuit(poſitæ ſunt etenim ψ ξ σ,& quatuor immutabiles)ne tamen illiuſmodi præceptio,vt conſtrictior, aut aliâs intempeſtiuior, imperfectius aliquid ingerere deprehēdatur,lubet hîc,vt loco nimirum aptiore, futuris ſingularum coniugationum articulatè magis, magiſq; diſtinctè characteriſticas adſignare.

Primę coniugationis futurum habet ψ,βλάπτω βλάψω.Secundæ ξ,ἄγω ἄξω. Tertiæ σ,ᾄδω ᾄσω.Et hæc fixè, conſtantérq; ita in his ſe habent.

Quarta coniugatio ſui futuri characterem nutantem propterea habet & inſtabilem,quoniam ipſum cum ſecūda & tertia communicat,ſic vt modo ξ,modo verò σ teneat . Qua de re, ſi hoc tantùm dicatur, non video cur ſtabilior regula proponatur . Huic ergo incommoditati hunc in modum proſpicere tentarunt:Verba in ζω,futurum per σω mittunt,vt ὁρίζω ὁρίσω. Subducuntur ab hac regula tredecim verba: οἰμώζω, σίζω,συρίζω,ἀιάζω,στενάζω,ὀλολύζω,ἀλαπάζω, κράζω, θρυλλίζω, γρύζω,παίζω, σφάζω, & ῥίζω. quæ futurum per ξω faciunt: οἰμώξω, σίξω,&c. Verba autem quæ in σσω aut Atticè in ττω deſinunt, futurum per ξω edunt,vt πράσσω πράξω.Quinque verba hinc excipiuntur:πλάσσω,ἐρέσσω,ἱμάσσω,πάσσω,λεύσσω:quæ altero σ depoſito πλάσω,ἐρέσω,ἱμάσω,πάσω,& λεύσω formāt.Hæc grāmatici.Inuenias tamen à σφάζω & αἰάζω, σφάσω & αἰάσω. Et ab ἐρέσσω ἐρέξω.Iam λεύσω à λεύω natum potius apparet.Vt ergo hanc diſputationem ſemel claudamus, talium verborum futurum in lexico promptè inuenies, ſed de probato autore certiſſimè,fideliſſiméque diſces.

Vſitatiſſimum eſt,& ideo nobis non prætermittendum futurum Atticorum à verbis in ιζω deductum . Nā cum huiuſmodi verba,ſecundum nunc nuper datam regulam,futurum in σω faciant, νομίζω νομίσω, πολεμίζω πολεμίσω: Attici σ ſuppreſſo ῶ circunflectunt:νομιῶ,πολεμιῶ.

Quinta coniugatio ſuas ſeruat immutabiles, rebus ſcilicet

aliquot obſeruatis. Vltima ſemper circunflectitur. Duæ conſonantes in præſenti ſi fuerint, poſterior eliditur, τίλλω τιλῶ, τέμνω τεμῶ. Deinde ſi penultima præſentis diphthōgon habebit, ſecunda vocalis ſubtrahitur: φαίνω φανῶ, σπείρω σπερῶ.

Sexta coniugatio per σω exit, ἀκούω ἀκούσω, τίω τίσω. Quædam tamē in εω ante σω υ aſſumūt: vt ῥέω ῥεύσω, πλέω πλεύσω. Quod & à nōnullis in αίω fit, ſed in hīs ι eliditur: καίω καύσω. Præſentis & futuri huius formulæ ſunt perſimiles.

τύψω, τύψεις, τύψει.
τύψετον, τύψετον.
τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.

INDEFINITVM PRIVS.

Poſt futurum prius, apparet indefinitum itidem prius ob id continuò proferendum, quòd partim à futuro, partim à præterito imperfecto dimanet. Ab imperfecto augmentū, penultimā, neq; non characteriſticam accipit: tantū ω finale futuri in α vertit, τύπτω ἔτυπτον, τύψω ἔτυψα.

Verba autem quintæ coniugationis, quæ in penultima ſimplex α habent, in η mutant. ψάλλω ἔψαλλον, ψαλῶ ἔψηλα. Quæ verò αι diphthongum in præſenti habuerūt, α in η conuerſo, ι ſubſcribunt. χαίνω χανῶ ἔχηνα. Quamuis malint alij, à futuri, quàm à præſentis penultima formari, & ſic ſine ι ſubiūcto ſcribi ἔχηνα. Iam ſi futurum expunxit ι vt σπείρω σπερῶ, φθείρω φθερῶ: illud idem ι hic reſumitur, ἔσπειρα ἔφθειρα. Huiuſmodi porrò penultimæ mutationem, quæ in χαίνω poſita eſt, ab Atticis profectam ſunt qui exiſtimarint, propterea à σημαίνω, & μιαίνω, ἐσήμανα & ἐμίανα communiter inueniri.

Perpauca ſunt futuri conſonantem abnuentia: ἕπω, εἶπον, ἔψω, εἶπα: χέω, χεύσω, ἔχευα: σεύω, σεύσω, ἔσευα: ἀλεύω, ἀλεύσω, ἤλευα: καίω, καύσω, ἔκηα: ἐνέγκω, ἐνέγξω, ἤνεγκα.

Tertia perſona pluralis fit à prima ſingulari addendo ν.

ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε.
ἐτύψατον, ἐτυψάτην.
ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

PRAETERITVM PERFECTVM.

INter omnia modi Indicatiui tēpora, aliud nō eſt, quàm hoc, intricatius: eóque nobis ad ipſum fuerit attendendum diligentius. Facilè autem, ſpero, hac ratione eluceſcet, ſi primam eius ſyllabam, deinde penultimā & vltimam ſeorſim atque ordine deduxerimus. In his etenim totum vertitur negotium.

Scitum in primis eſſe debet, omne præteritum tempus capere augmentum: alio tamen, alióque modo. Siquidem quæ de vocali incipiunt, non ita augentur, vt quæ de conſonante. De verbis itaque quorum prima litera vocalis eſt, paucis hoc modo ſtatuatur:

Quale præteriti imperfecti augmentum fuerit, tale prorſus & præteriti perfecti augmentū erit. ἀκούω, ἤκουον, ἤκουκα: ἐλεέω, ἠλέεον, ἠλέηκα: ὁράω, ὥραον, ὥρακα: ἱππεύω, ἵππευον, ἵππευκα: αἴρω, ἦρον, ἦρκα.

Verba autem quæ à conſonantibus incipiūt, & proinde augmentum ſyllabicū in pręterito imperfecto habere dicta ſunt, ea nos tribus modis conſonantes inceptiuas habere conſiderabimus. Aut enim vnicam tenent, vt τύπτω, λέγω. Id quod dum eſt, primam illam thematis conſonantem, augmēto ſyllabico præponunt repetitam: τέτυφα, λέλεχα. Aut verò duas conſonantes habent, & hoc duplici indiget contemplatione. nam vel prior conſonantium muta eſt, & poſterior liquida, vt in γράφω & τρέπω videre eſt. Et in his, quemadmodum & in illis quibus eſt vnica conſonans, prior (nempe muta) augmento præponitur: γέγραφα, τέτρεφα. Aut deniq; duæ ſunt conſonantes, aliter ſitæ ipſæ, quàm vt muta liquidam præcedat: & tunc augmēto συλλαβικῷ tantùm locus eſt, vt σπείρω ἔσπαρκα.

ψάλλω (eſt enim ψ duplex conſonans) ἔψαλκα.

Ab hac tripertita regula tres ducuntur exceptiones, ſuis regulis ordine reſpondentes: vt prima videlicet exceptio, primæ regulæ, & ita deinceps aliæ alijs opponantur.

Ergo quod dictum eſt primæ conſonãtis illic fieri repetitionem, vbi eam θέμα verbi vnicam habet, id non obtinet, quando conſonans illa eſt aſpirata. nam per ipſius tenuem fiet repetitio. φράζω itaq; nõ φέφρακα, ſed πέφρακα facit: χωρίζω ἐχώριζον κεχώρικα: θηρεύω, ἐθήρευον, τεθήρευκα.

His amplius, De regula verborum à muta cum liquida incipientium, demuntur verba quorum prima ſyllaba eſt. γνω vel γρη. Illa enim ſolo imperfecti augmento contenta conſonantis primæ fugiunt repetitionẽ. γνωρίζω, ἐγνώριζον, ἐγνώρικα: γρηγορέω, ἐγρηγόρεον, ἐγρηγόρηκα.

Excipiuntur poſtremò quæ à μν κτ & πτ auſpicantur. nam cum non ab vna conſonante, ſed à duabus inchoent, ſic diſpoſitis quoque illis, vt prior muta non ſit, poſterior verò liquida, conſonantem nullo pacto repetere debuerunt. Atqui ſecus res aliquando habet, nam μνάω, μέμνηκα: κτάω, κέκτηκα: πτοῶ, πέπτωκα facere inuenies.

Quæ à ρ incipiunt, præteriti imperfecti augmentum ſeruant: ῥίπτω, ἔῤῥιπτον, ἔῤῥιφα. Et de augmento, primáq; præteriti perfecti ſyllaba ἱκανῶς.

Ad inſtitutum pertinet poſt expeditam τοῦ παρακειμένου primam ſyllabam, de eiuſdem penultima & vltima agere. Vltima verò quoniam promptiſſima eſt, & dudum perſpecta, hîc ante alias tractetur. Quorum verborum futurum habet ψ, præteritum hoc habet φα: quorum autem ξ, χα: At quorum σ vel immutabilem, κα. Iam de penultima, & eo quod has ſyllabas præcedit.

Præteritum perfectum, & prius futurum ſimilem habẽt penultimam. κύπτω, κύψω, κέκυφα: κρέκω, κρέξω, κέκρεχα: πλήθω, πλήσω, πέπληκα: φράζω, φράσω, πέφρακα: βοάω, βοήσω, βεβόηκα.

Ad hanc regulam quj probè attendit, videt eam exemplis verborum omnium ferè coniugationum inſtructam & cõfirmatam. Quintæ ſolius exempla deſunt. Quę ipſa ab alijs ideo eſt ſeiũcta, quòd eius verba in præteriti huius penultima cum alijs prorſus non conueniat.

Ante omnia quæ in λω, & ρω deſinunt, ante κα, λ & ρ ſeruãt: ε verò ſi in penultima futuri fuerit, in α mutatur. ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα: χαίρω, χαρῶ, κέχαρκα: στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα: φθείρω, φθερῶ, ἔφθαρκα.

Deinde quæ in μω exeũt, & ipſa ſuũ μ ante κ retinere amãt. Cæterum quoniam μ cum κ durè aſſuitur, abſonéq; cohæret, molliendæ vocis gratia, & ne μ hinc excludatur, η inter μ & κ placuit inſerere. Quapropter νέμω, νεμῶ, νενέμηκα: γέμω, γεμῶ, γεγέμηκα: κάμω, ſiue κάμνω, καμῶ, κεκάμηκα.

At quæ in νω deſinũt, altioris paulo ſunt inquiſitionis. nam ſi ι ſimplex ante νω fuerit, ν ante κ non reperietur. κρίνω, κρινῶ, κέκρικα. Si autem ει νω præierit, & hoc quoque modo ν eliditur: præterea autem ε in α vertitur, κτείνω, κτενῶ, ἔκτακα. Si deniq; vel αι, vel υ fuerint, ν prorſus quidem nõ amittitur, ſed euphoniæ cauſa (idipſum etiam iubente regula, quæ vult γ ante κ vt ν ſonare, κ autem vt γ) in γ commutatur. μιαίνω, μιανῶ, μεμίαγκα: μολύνω, μολυνῶ, μεμόλυγκα: αἰσχύνω, ἤσχυγκα.

Qui de hoc tempore ſecundum linguam communem tantùm dicere inſtituiſſet, iam affatim ipſi dictum eſſet. Quoniã autem pręterita Attica, Ionicáque non minus quàm communia crebra ſunt & paſſim obuia, atq; adeo forſan vulgatiora, ea nos non immeritò duximus illis ſubiungenda.

ATTICVM PRAETERITVM PERFECTVM.

Ergo οἱ ἀττικίζοντες in verbis ab α ε & ο incipiẽtibus, proprium ſibi fingũt pręteritũ perfectum: quod partim de pręſenti, partim verò de pręterito cõmuni deducitur.

Id quale ſit, haud alia via promptius ſciatur, quàm ſi eius prima, ſecunda & tertia ſyllabæ fuerint penſiculatius obſeruatæ.

Prima ſyllaba ab aliqua harũ vocalium α ε vel ο ſemper inchoatur, cui ea conſonãs ſubijcitur, quæ initiali vocali præſentis ſubdebatur: ita vt omnino duæ primæ præſentis & huius præteriti literæ eædem eſſe intelligantur. Quod liquido apparet in ἀκούω & ἀκήκοα.

Et quoniam in formando præterito hoc, duas præſentis primas literas communi præterito præponimus, duo hinc conſequuntur. Alterum, quòd quæ ſyllaba in præterito cõmuni prima erat, in Attico ſecunda erit, ἤκουκα, ἀκήκοα. Alterum autẽ, quòd in ſecunda ſyllaba Attica ſemper η inuenies vel ω. Nam η ab α vel ε præſentis, per αὔξησιν venit in preterito communi: ἀκούω, ἤκουον, ἤκουκα, ἀκήκοα: ἐρωτάω ἠρώτων, ἠρώτηκα ἐρηρότηκα. At ω ab ο deducitur: ὁράω ὥραον, ὥρακα ὁρώρακα. Hæc de prima & ſecunda ſyllabis.

Tertia huius temporis ſyllaba, quæ in communi eſt ſecũda, vertit η in ε: vt ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα. Item ω in ο: ἐρωτάω, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα. Ex diphthõgis ει & ευ vocales tollit præpoſitiuas: ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα: ἐλεύθω, ἤλευκα, ἐλήλυκα. Ex οι verò & ου poſtpoſitiuas: ἐδιμάζω, ἠδίμακα, ἐδηδόμακα: ἀκούω, ἤκουκα, ἀκήκοα.

Animaduertendum autem Atticos ſolere nonnunquam vtrique præterito imperfecto & perfecto ε anteponere: ὁράω, ὥραον, ἑώραον: ὥρακα, ἑώρακα.

Verumenimuerò non modò in verba quæ de vocali incipiunt, ſed & in ea quæ de conſonantibus, Attici ius habent. Verba enim diſſyllaba primæ & ſecundæ coniugationis in penultima ε habentia, vertũt ἀττικῶς ε illud in ο. vt πέμπω πέπεμφα cõmuniter, & Atticè πέπομφα: βρέχω βέβρεχα, καὶ βέβροχα: λέγω λέλεχα, & λέλοχα. Item & poſtremò à verbis à λ & μ inchoantibus, & has literas in communi præterito repetẽtibus, Attici λ & μ diſpunctis, τῷ ε primam ſedem tum occupanti addunt ι: λείβω λέλειφα, εἴλειφα μηνύω, μεμήνυκα εἰμήνυκα. Secun-

dum hanc, & regulam præcedentem, à συλλέγω, συνείλοχα factum inuenies.

IONICVM PRAETERITVM PERFECTVM.

DE Ionibus ἐν τῷ παρόντι vnum hoc adferemus, ſolere illos in verbis habentibus η ante κα vltimam præteriti ſyllabam κ ſubmouere, dein η in α mutare: βαίνω, βέβηκα, βέβαα: γάω, γέγηκα, γέγαα.

τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε.
τετύφατον, τετύφατον.
τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

PRAETERITVM PLVSQVAMPERFECTVM.

PLuſquamperfectum tempus de perfecto formatur, α finali in ειν mutato, eius augmento (ſiquidē prima conſonans repetita non fuerit) & characteriſtica litera ſeruatis: vt ἀκούω, ἤκουκα, ἠκούκειν: ψάλλω, ἔψαλκα, ἐψάλκειν: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, ἐγρηγορήκειν. Quòd ſi in augmento perfecti facta conſonantis repetitio fuerit, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν huic tempori nouum accedet augmentum, ſyllabicum nempe: τύπτω, τέτυφα, ἐτετύφειν: λέγω, λέλεχα, ἐλελέχειν.

ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει.
ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην.
ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

DE hoc tempore poſſit ita in genere dici: Poſterius indefinitum à priore formatur, augmēto illius ſeruato, α finem tenente, in ον conuerſo, & vtroq; cum altero congruente numero ſyllabarum: ἔτυψα, ἔτυπον.

Speciatim quæ dicenda ſunt, partim ad characteriſticam literam, partim ad penultimæ ſyllabæ vocalem pertinent.

Amat ergo hoc tẽpus ſui præſentis characteriſticam. γράφω, ἔγραψα, ἔγραφον: τύπτω (cuius π, χαρακτηριστικὸν eſſe prædiximus) ἔτυψα, ἔτυπον: κόπτω, ἔκοψα, ἔκοπον.

De tam inſigni regula tolluntur verba quartæ coniugationis, quorum futura ſi ξ habebunt, hoc indefinitum γ habebit: κράζω, κράξω, ἔκραγον. Sin habebunt σ, capiet δ: φράζω, φράσω, ἔφραδον.

Ad penultimam quod attinet, longas & breues vocales recuſat, ancipites amat. Proinde quæ in penultima præſentis, η ω vel ε habẽt, ea in α vertũt. λήβω, ἔληψα, ἔλαβον: τρώγω, ἔτρωξα, ἔτραγον: πλέκω, ἔπλεξα, ἔπλακον.

Subtrahuntur hinc tria, ſuum ε retinentia: βλέπω, λέγω & φλέγω. ab ἔβλεψα enim ἔλεξα, & ἔφλεξα, fiunt ἔβλεπον, ἔλεγον, & ἔφλεγον. Secundum regulam πλήττω ἔπλαγον facit: quoniã autem hoc indefinitum ad animum tantum refertur, quæſitum eſt nouum quod corpori daretur. ἔπληγον igitur eſt illi contra regulam adiudicatum.

Hoc amplius, quæ ει vel ευ habẽt, expũgunt ε: λείπω, ἔλιπον: φεύγω, ἔφυγον. Tolluntur diſſyllaba quintæ coniugationis, quæ ι protrito ε in α vertunt. σπείρω, ἔσπαρον: στέλλω, ἔστειλα, ἔσταλον.

Idem faciunt, hoc eſt ε in α mutant tam quintæ quàm aliarum coniugationum verba diſſyllaba, ante vel poſt ε immutabilem habentia. πλέκω ἔπλακον, πέρθω ἔπραθον, δέρκω ἔδαρκον, δέρω ἔδαρον. At quæ triſſyllaba ſunt, ι abolito ε ſeruant. ὀφείλω ὤφελον, ἀείρω ἤερον, ἐγείρω ἤγερον.

Denique in præſenti quæ αι vel αυ habent, ι & υ remouent: καίω ἔκαον, παύω ἔπαον.

In ευω, & in ουω tempore hoc, futuróque poſteriore carent: præter ἀκούω, quod ἤκουον habere plerique cenſuerunt, adeo vt facile nõ ſit præteritum imperfectum ab hoc ἀορίστῳ diſcriminare, non magis ſanè quàm in verbis diſſyllabis de vocali incipiẽtibus. ἕλω εἷλον, ἕπω εἷπον. Huius temporis & præteriti imperfecti perſimilis eſt declinandi ratio.

ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε.
ἐτύπετον, ἐτυπέτην.
ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

FVTVRVM POSTERIVS

VLtimum hoc modi indicatiui tempus de poſteriore indefinito formabis, vt non mireris quãobrem nunc nuper dixerimus, verba in ιυω & in ουω poſteriore indefinito carentia, hoc ſimul tempore carere. Sic ergo formabis: augmẽtum ſupprimitur, & ον finale in ω mutatur. Vtriuſq; tam videlicet indefiniti prioris, quàm huius futuri, vocalis penultima, & cõſonans characteriſtica eadem eſt, vt τύπτω, ἔτυπον, τυπῶ: σπέρω, ἔσπαρον, σπαρῶ.

Forma coniugandi huius temporis non diſcedit à forma futuri prioris, niſi quòd perſonæ duales & plurales quæ illic cum ε penultimę ſyllabæ ι non habebãt, nec υ cum ο, hîc aſſumũt. Illic τύψετον, hîc τυπεῖτον, τύψομεν, τυποῦμεν. Et de modo Indicatiuo μέχρι τῶδε.

Τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ.
Τυπεῖτον, τυπεῖτον.
Τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Indicatiuo, qui inter quinque poſitos modos ſummum occupat locum, pertractato, ad alios nobis eſt alacriter properandum. Sed antè quàm id facimus, haud inutile fore arbitror, ſi quæ reliquorum modorum communia ſunt, aperuerimus. nam ſingulorum quæ fuerint, nos ſuo quæque loco dabimus.

A ſimilibus Indicatiui temporibus ſimilia aliorum modorum tempora ducuntur: præſens ſcilicet à præſenti, præteritum à præterito, & futurum à futuro. Quare vt in promptu magis habeas tempora reliquorum ab Indicatiuo modorum,

vides quàm exactè tibi ſint tẽpora modi indicatiui tenenda.

In ſequentibus quatuor modis præſens cum præterito imperfecto, & præteritum perfectum cum pluſquamperfecto vnà variabis.

Præteritum perfectũ in omnibus modis ſuũ ſeruat augmẽtum: quod vbiq;, prêterq̃ in Indicatiuo perdit indefinitum.

MODVS IMPERATIVVS.

COniugatio huiuſmodi facilior eſt, quàm vt de ea poſſit, aut debeat multis agi. Quare de ea tantùm generaliter ſtatuatur.

PRAESENS ET PRAETER. IMPERF.

IN hoc modo, omnibus cuiuſuis numeri tẽporibus prima perſona deeſt. Idcirco horum temporum formationem à ſecunda auſpicabimur. Ea igitur fit à tertia perſona prꝛſentis Indicatiui, ι finali reſecto: τύπτει, τύπτε.

τύπτε, τυπτέτω.

τύπτετον, τυπτέτων.

τύπτετε, τυπτέτωσαν.

PRAETERI. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

ET horum temporum ſecunda perſona fit de tertia præteriti perfecti, nulla facta mutatione. Horum autem & præcedentium temporũ ſimilis eſt inclinatio.

τέτυφε, τετυφέτω.

τετύφετον, τετυφέτων.

τετύφετε, τετυφέτωσαν.

INDEFINITVM PRIVS.

FOrmatio huius temporis quatenus à tertia Indefiniti ſui actiui dedùcitur, cum aliorum temporum formatione bellè cõgruit. Verùm ab eiſdem longè diſcedit,

quòd ſecunda eius perſona ſingularis, non, vt aliorum temporum ſimiles perſonæ, in ε ſed in ον exit, ab ἔτυψε enim non τύψε fit ſed τύψον.

Rurſus cũ alia tẽpora habeant ε in penultima in omnibus perſonis à prima, præterq̃ in tertia plurali, vbi eſt in antepenultima, vt τύπτετον τυπτέτωσαν, huic tempori peculiare eſt loco τοῦ ε capere α. Cuius ſanè literæ hoc tempus vſqueadeo amans eſt, vt in nullis modis, dempto ſubiunctiuo, ab ea reuellatur.

τύψον, τυψάτω.
τύψατον, τυψάτων.
τύψατε, τυψάτωσαν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

ET de tertia ſui indefiniti Indicatiui, pendet ſecunda perſona huius temporis, augmento neglecto.

τύπε, τυπέτω.
τύπετον, τυπέτων.
τύπετε, τυπέτωσαν.

In hoc modo futurum nullum eſt, eius autem loco nos indefinitis vtimur.

Qui ad tempora huius Imperatiui animaduertit, videt omnes ſecundas perſonas ſingulares, neq; non plurares, in ε deſinere, ſecluditur indefiniti prioris perſona ſecunda ſingularis.

Tertiæ omnes perſonæ ω habent, plurales ſcilicet in penultima, reliquæ in vltima. Tertiarum autem perſonarum numeri pluralis, cum finis ſit αν, oportet proinde ſecundã & tertiam duales diſſimiliter claudi. Id quod vtiq; contingit, nam prior habet ον, ων verò poſterior.

MODVS OPTATIVVS.

OPtatiuus modus Imperatiuum numero temporum exuperat: quibus enim futuris ille carere dictus eſt, ea hic modus ſibi aſciſcit.

Poſſunt & in hac ἐγκλίσει præceptiones in vniuerſum tradi hoc modo: Omnes primæ perſonæ ſingulares modi optantis gignuntur de tertijs perſonis itidem ſingularibus τῶν ὁμωνύμων temporum Indicatiui, ita nimirum vt ſi in fine earum ε μονόφθογγος fuerit, in ο tranſeat, cui ι additum, diphthongũ οι conficiet, quam ſyllaba μι ſubſequetur. Certiſſimũ eſt enim omnes huiuſmodi ſingulares primas perſonas, in μι deſinere: τέτυφε, τετύφοιμι. At ſi tertia Indicatiui perſona in ει diphthõgum deſinat, ο in locum τοῦ ε tantùm cooptato, & μι attexto, perſona prima formabitur: τύπτει, τύπτοιμι. Rurſum autem, Omnes omnium temporum tertiæ perſonę plurales in εν terminantur, eam ob rem ſecũdam & tertiam perſonas duales ἀνομοίους εἶναι conſectaneum eſt.

PRAESENS ET PRAETER. IMPERF.

τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι.
τύπτοιτον, τυπτοίτην.
τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

PRAETER. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι.
τετύφοιτον, τετυφοίτην.
τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

INDEFINITVM PRIVS COMMVNE.

Tempus hoc regulas noſtras, alioqui καθολικὰς, violat: nam vt prima eius perſona in μι exeat, tamen diphthongus οι nõ eſt (vt in reliquis euenit temporibus) ante μι, ſed αι. Quod huic tempori præterea contingit, ne nõ ſuo α quod ſibi pertinaciter adiungere prędiximus, ſpolietur. Noua igitur perſona nouam poſtulat formationẽ. Ab ἔτυψα ergo augmẽto detracto, addes τῷ α finali ι & μι: ἔτυψα, τύψαιμι. Vbi autem alia tempora οι habent, hoc αι habet.

τύψαιμι, τύψαις, τύψαι.
τύψαιτον, τυψαίτην.
τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν.

INDEFINITVM PRIVS, ATTICVM.

EST genus Indefiniti Atticis pariter & Æolibus vſurpatum, oratoribus autem, atq; adeo omnigenis ſcriptoribus lōgè receptiſſimum. Maximè verò tres eius ſingulares perſonæ, & tertia pluralis oratoribus ſunt vſitatę, reliquæ etiam poëtis. Prima huius temporis perſona fit à prima ſimilis, id eſt prioris indefiniti Indicatiui diphthongo ει, vltimæ eius literæ præpoſita, ἔτυψα τύψεια. Coniugationem ſequitur illius indefiniti.

τύψεια, τύψειας, τύψειε.
τυψείατον, τυψειάτην.
τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

FVTVRVM PRIVS.

τύψοιμι, τύψοις, τύψοι.
τύψοιτον, τυψοίτην.
τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

τύποιμι, τύποις, τύποι.
τύποιτον, τυποίτην.
τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

FVTVRVM POSTERIVS.

τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ.
τυποῖτον, τυποίτην.
τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

SVbiunctiuus modus numero temporum cum Imperatiuo conuenit: nam vtrique vtrumque deeſt futurum. quorum vicem, vti nos præmonuimus, indefinita ſupplent.

Fiet huiuſmodi facilitas compertior, ſi noris primam perſonã præſentis, quare & pręteriti imperfecti, à prima pręſentis Indicatiui non differre, eſt enim vtrobiq; τύπτω.

Nec abſimile contingit indefinitis futurorum vicarijs: quoniam & hæc & illa in prima ſingulari perſona, ijſdem prorſus depinguntur literis: τύψω, τύπω.

Pręterium perfectum à prima perſona ſimilis temporis Indicatiui nonnihil differt: nam α illius finale in ω conuertit: τέτυφα, τετύφω.

Ad reliquum quod attinet, hoc tantùm obſeruetur: Quæ perſonæ diſſyllabæ ſingulares Indicatiui ι in vltima habent, vt τύπτεις, τύπτει: ipſi in η verſo ι ſubſcribunt, τύπτῃς τύπτῃ. Quòd ſi polyſyllabæ ſint perſonę, & ε per ſe in penultima habebunt, mutabunt & hæ ſuum ε in η: τύπτετον, τύπτητον.

Porrò vt hic modus gaudet τῷ η, ita & τῷ ω amplectitur. Idcirco quæ ο in penultima habent, ipſum in ω mutant: τύψομεν τύψωμεν. Solum autem amat, quare υ ſi τῷ ο addebatur, faſtiditur: τύπτουσι, τύπτωσι.

Et ne diutius hęreas in formandis temporum perſonis, vna eſt coniugandorum omnium formula: adeo vt præteritum perfectum, quod ab alijs nonnihil diſcedere videbatur, eorũ formam induat. Quin & pertinax illud indefinitum huic modo ceſſit, ſuúmque α hactenus obſtinatè retentum, nunc, vel inuitum, ponit.

Tertiæ perſonæ plurales per ωσι ſemper abeunt: vnde meritò conſequitur, duales perſonas ſimiles eſſe.

PRAESENS ET PRAETER. IMPERFECT.

τύπτω, τύπτεις, τύπτει.
τύπτετον, τύπτετον.
τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

PRAETER. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

Τετύφω, τετύφεις, τετύφει.
Τετύφετον, τετύφετον.
Τετύφομεν, τετύφετε, τετύφωσι.

INDEFINITVM PRIVS.

Τύψω, τύψεις, τύψει.
Τύψετον, τύψετον.
Τύψωμεν, τύψετε, τύψωσι.

INDEFINITVM POSTERIVS.

Τύπω, τύπεις, τύπει.
Τύπετον, τύπετον.
Τύπωμεν, τύπετε, τύπωσι.

MODVS INFINITVS.

INfinitus modorum eſt vltimus, breuiſſimus, & omniũ facilimus: nam etſi tempora omnia habet, ea tamen & numerorum, & perſonarum multitudine deſtituũtur: quando ſingulis temporibus ſingulæ voces aſſignantur. Huc accedit, quòd omnium temporum duæ tantùm ſunt terminationes, ειν & αι. Per ειν exeunt pręſens & præteritum imperfectum, vtrumq; futurum, & poſterius indefinitum.

Quorum quatuor primis locis poſita, fiunt de tertijs perſonis ſingularibus ſimilium tẽporũ, addendo ν: τύπτει, τύπτειν: τύψει, τύψειν: τυπεῖ, τυπεῖν. Poſterius autem indefinitũ quoniã in ε finit, præter ν adſumit ι, ἔτυπε τυπεῖν. Ab ἔπω, εἰπεῖν cum augmento, inſolita mediusfidius forma, inuenies.

Præteritum perfectum tertiæ ſingulari ſuæ perſonæ Indicatiui addit ναι: τέτυφε, τετυφέναι.

Indefinitum prius autem, primæ adponit ι: ἔτυψα, τύψαι: ψάλλω, ἔψηλα, ψάλαι.

Præſens & præteritum imperfectum τύπτειν.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum τετυφέναι.

Indefinitum prius τύψαι.

Futurum prius: τύψειν.

Indefinitum poſterius τυπεῖν.

Futurum poſterius, τυπεῖν.

Habet iuuentus formationem verborum actiuorum per omnes mod̊os, tempora, & numeros præſcriptam, ſuperat vt eam ediſcat, ac non aliter quàm proprios digitos pernoſcat: exemplo enim huius τύπτω, poterit, velut certo χειραγωγῷ, alia aliarum coniugationum verba, inter lectionē paſſim occurrentia, protinus variare: eáque cuius modi, temporis, numeri, perſonæ ſint, ilico exponere. Quòd ſi qua ſint, quæ in diuerſam formam migrent, quare, & quomodo id faciant, regulæ antea propoſitę indicabunt manifeſtiſſimè.

Sed iam ſuccurrit, quod noſtros φιλέλληνας nolim celatos. Quoniam quędam ſunt, de quibus non ita abſolutè eſt à grāmaticis traditum, vt citra Lexicon, vel grauis alicuius authoris teſtimonium, conſtanter ea poſſis aſſeuerare, eam ob rem non inutile fore exiſtimem, ſi diſcant de aliјs alia colligere. Quod dico eſt huiuſmodi: Hærebit puer quódnam præteritum ὀρύσσω habeat, ὤρυχα an ὤρυκα: aut etiam quódnam futurum, ὀρύσω, an ὀρύξω. Illinc nata dubitandi occaſione, quòd verba quartæ coniugationis tempora hæc variè formare dicta ſint. Ita ergo ambigenti, ſi in mentem veniat ab Indicatiui temporibus aliorum modorum ſimilia declinari tempora, characteriſticis ſimilibus vtrobiq; ſeruatis, viam apertam habet, qua ex propoſitis & certis ad incerta tranſeat. Demus ergo, verbi gratia, vnam quamlibet harum vocum inter legen-

dum occurrere, ὠρυχέτω, ὠρύχοιμι, ὠρύχωμεν, ὠρυχέναι: ex ipſo augmento, præteriti perfecti eſſe apparet: vt quod vnum in alijs ab Indicatiuo modis ſuum retineat incrementũ, & quoniam hæc ſerie formandi ad illud referuntur, ſeruata, vti prędiximus, characteriſtica, hinc nullo labore ὤρυχα peruides. Fiet idem ſi quæ de futuro tempora ducuntur, in alijs poſt indicatiuũ modis, legẽda ſeſe obtulerint, vt ὀρυξάτω, ὀρύξῃς, ὀρύξοιμεν, ὀρύξειν legeris: hęc enim omnia ὀρύξω futurum velut digito oſtentant: quare & præteritum ὤρυχα: cum verba quartæ coniugationis futurum per ξ mittentia, per χα ſuum edant præteritum. καὶ οὕτωσὶ τοὺς ἐυμηχάνους διαλογίζεσθαι δεῖ.

Age verò tandem, ſiue tu velis huius noſtri τύπτω, proindéq; aliorum verborum, coniugandi rationem exactè tibi parare, ſiue iuuenes eos probare, quos ad manum, & promptam eam voles habere, contulerit vel plurimum, non ſemper μονοχρώματα, id eſt vno & ſimplici modo verba vel efferre, vel audire variata: quin Protëi potius in morem, ex alijs in alias ſubinde formas videre trãfigurata, modò itaq; χρονικῶς & per tempora inclinaris hoc pacto: τύπτω, ἔτυπτον, τύψω, ἔτυψα &c. modò autem ἐγκλιτικῶς: quod eſt, quando de modo itur in modum: τύπτω καὶ ἔτυπτον, τύπτε, τύπτοιμι, & ita deinceps: modò deniq; προσωπικῶς, id eſt per ſingulas cuiuſq; temporis perſonas: ea nempe, quæ mox ſubijcietur, imagine. Quoniam enim variæ formandi normæ temporibus interiectæ coniugationem noſtri τύπτω reddunt impeditiorem, vt quã non niſi ſaltuatim percurras, viſum propterea eſt ἀδιαλείπτον eius proponere typum.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus Præſens.

τύπτω, τύπτεις, τύπτει.
τύπτετον, τύπτετον.
τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Præteritum imperfectum.

ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε.
ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην.
ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον.

Futurum prius.

τύψω, τύψεις, τύψει.
τύψετον, τύψετον.
τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.

Indefinitum prius.

ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε.
ἐτύψατον, ἐτυψάτην.
ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

Præteritum perfectum.

τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε.
τετύφατον, τετύφατον.
τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

Prȩteritum pluſquamperfectũ.

ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει.
ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην.
ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Indefinitum poſterius.

ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε.
ἐτύπετον, ἐτυπέτην.
ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Futurum poſterius.

τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ.
τυπεῖτον, τυπεῖτον.
τυποῦμαν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτε, τυπτέτω.
τύπτετον, τυπτέτων.
τύπτετε, τυπτέτωσαν.

Indefinitum prius.

τύψον, τυψάτω.
τύψατον, τυψάτων.
τύψατε, τυψάτωσαν.

Præteritum perfectũ & pluſq̃perf.

τέτυφε, τετυφέτω.
τετύφετον, τετυφέτων.
τετύφετε, τετυφέτωσαν.

Indefinitum poſterius.

τύπε, τυπέτω.
τύπετον, τυπέτων.
τύπετε, τυπέτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι.
τύπτοιτον, τυπτοίτην.
τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

Futurum prius.

τύψοιμι, τύψοις, τύψοι.
τύψοιτον, τυψοίτην.
τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

Indefinitum prius.

τύψαιμι, τύψαις, τύψαι.
τύψαιτον, τυψαίτην.
τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν.

Præteritũ perfectum & pluſq̃perfectũ.

τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι.
τετύφοιτον, τετυφοίτην.
τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

Indefinitum poſterius.

τύποιμι, τύποις, τύποι.
τύποιτον, τυποίτην.
τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

Futurum poſterius.

τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ.
τυποῖτον, τυποίτην.
τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ.
τύπτητον, τύπτητον.
τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.

Indefinitum prius.

τύψω, τύψῃς, τύψῃ.
τύψητον, τύψητον.
τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

Præteritum perfectum & pluſq̃perf.

τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ.
τετύφιτον, τετύφητον.
τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Indefinitum poſterius.

τύπω, τύπῃς, τύπῃ.
τύπητον, τύπητον.
τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

MODVS INFINITVS.

Præſens & præteritum imperfectum. τύπτειν.
Futurum prius. τύψειν.
Indefinitum prius, τύψαι.
Præteritum perfectũ & pluſquãperfectũ. τετυφέναι.
Indefinitum poſterius. τυπεῖν.
Futurum poſterius. τυπεῖν.

PARTICIPIVM.

VT Latini vnam ex partibus orationis à parte capienda, Participium appellarunt, ita Græci eam παρὰ τὸ μετέχειν: hoc eſt ab habẽdo quidpiam cũ alio, μετοχὴν nominarunt. Habet enim hæc pars cum Nomine id commune, quòd maſculini ſit, aut alíus generis. itémq; quòd nominatiui, aliúſve cuiúſpiam ſit caſus. Rurſum, quòd actiuè aut ſecus ſonet, quòd præſentis temporis, vel cuiuſuis alíus participium dicatur, in hoc cum verbo κοινωνίαν habet. Poſtremò quòd Participio accidat, vt alicuius ſpeciei, figuræ, aut numeri cenſeatur, cum vtroq; (Nomine inquam & Verbo) cõmune hoc habet. Vtriq; enim promiſcuè tria hęc apponũtur.

Adde ſuperioribus Participia vt nomina declinari, & participiorum tempora de verborum temporibus deduci: vt nemo miretur, quare poſt recẽtem adhuc nominis & verbi inclinationem, ilico ſubdiderimus participium.

Cæterum Species, quæ Participio cum duabus illis partibus orationis communis dicta eſt eſſe, fit poſtea eidem Participio aliqua ratione peculiaris & propria. cũ etenim nomina & verba iam primitiuæ, iam verò ſpeciei cognoſcantur deriuatiuæ,

tale quidpiam nõ vſuuenit Participio: vt quod vnius tantùm ſemper ſit ſpeciei, nempe deductitiæ. nullum enim eſt participium quod de verbo nõ ducatur: adeo vt ſublatis verbis, & participia perimi neceſſum ſit.

Quot tempora verbum habet, tot habet & participium, ſúntq; huius tempora ab Indicatiui verbi temporibus deformata, à ſingulis & ſimilibus, ſingula & ſimilia, niſi quòd præſens & præteritum imperfectum ſimul coniugantur: vnámq; inclinandi figuram obtinent. Quod idipſum perfecto & pluſquamperfecto præteritis temporibus accidere intueberis.

A primis perſonis modi Indicatiui in ω finitis, fiunt participia maſculina addendo ν. A præſenti itaq; τύπτω, pręſens maſculinum deriuatur, ὁ τύπτων: à futuro priore τύψω, ὁ τύψων: à poſteriore autem τυπῶ, participium eiuſdem temporis ὁ τυπῶν. Quorum fœminina de genitiuis naſcuntur, τος in σα mutando: ſic tamen vt ν quod τος præit in υ prius vertatur, τοῦ τύπτοντος, ἡ τύπτουσα: τοῦ τύψοντος, ἡ τύψουσα. A τυποῦντος tamen quoniam iam υ eſt, ν expellitur, τοῦ τυποῦντος, ἡ τυποῦσα.

Neutrum in ον deſinit, quod itidem de genitiuo maſculino manat, τος adempto: τοῦ τύπτοντος, τὸ τύπτον: τοῦ τύψοντος, τὸ τύψον: τοῦ τυποῦντος, τὸ τυποῦν.

Poſterius indefinitum non ita procul ab his diſcedit: nam fit à ſimili tempore Indicatiui ſubducto augmento (cuius ſolum pręteritum perfectum retinens eſt) & ο in ω mutato: ἔτυπτον, τυπτών. Præſentis alioqui formam in cæteris ſectatur: nam à τοῦ τυπόντος, ἡ τυποῦσα, & τὸ τυπὸν gignuntur.

Indefinitum prius maſculinum primæ perſonę ſimilis temporis addit σ, ἔτυψα ὁ τύψας. Cui α adtextum fœmininũ producit, ἡ τύψασα. Neutrum σ in ν mutat, τὸ τύψαν.

Deniq; pręteritum perfectũ & pluſquamperfectũ α vltimã literã pręteriti perfecti Indicatiui ĩ ω trãſfert, cui σ ſubditur: τέτυφα, ὁ τετυφώς. de cuius genitiuo τετυφότος fœmininũ verius τετύφουσα fieri debere apparebat, verũ ου in υ diphthõgon

impropriam permutato, τετυφυῖα editum eſt: vt autem neutrum creetur, ſolum ω maſculini in ο tranſit: ὁ τετυφὼς τὸ τετυφός.

Ex ſuperioribus colligere licet, trium generum ternas eſſe terminationes: Maſculini ων, vt τύπτων: ας, τύψας: ως, τετυφώς. Fœmininorum totidem: ουσα, τύπτουσα: ασα, τύψασα: υια, τετυφυῖα. Neutrorum conſimiliter tres: ον, τύπτον: αν, τύψαν: ος, τετυφός.

Eſt rurſus notandum, Omnia maſculina & neutra quintæ declinationis eſſe, & per ντ flecti (pręter ea quę in ως vel ος deſinunt) τύπτοντος, τύψαντος: ſiue de maſculinis hæc ſint, ſiue de neutris. Proinde quemadmodum à λέοντι & αἴαντι datiui plurales fiunt λέουσι & αἴασι, ita ab his formantur τύπτουσι & τύψασι. Veruntamen vocatiuis eorum ſunt diſſimiles: nam nõ, vt ὦ λέον, ὦ αἶαν, ſic ὦ τύπτον, & ὦ τύψαν facies à nominatiuis τύπτων & τύψας: ſed ὦ τύπτων, ὦ τύψας. Grãmaticorũ enim regula eſt, Participia ſyllabis imparibus declinata, eoſdem habere nominatiuos & vocatiuos.

Iam in ως & ος etiam ſi per ντ non flectuntur, nihiloſecius ipſa ſimilium nominum quintæ declinationis formam ſequuntur: vt enim à datiuo ſingulari φωτὶ fit φωσί, ita à datiuo τετυφότι, τετυφόσι.

Fœminina quæcunque ſecundam ſubeunt declinationem: idcirco de τύπτουσα, & τύψασα, τυπτούσης haud aliter gignes & τυψάσης, quàm de μοῦσα μούσης, & à τετυφυῖα τετυφυίας, quàm de μυῖα μυίας.

TYPVS PARTICIPIORVM.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος.
ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης.
τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

Futurum prius.

ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος.
ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης.
τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.

Indefinitum prius.

ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος.
ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης.
τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.

Præteritum perfectũ & pluſq̃pf.

ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος.
ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας.
τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.

Indefinitum poſterius.

ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος.
ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.
τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.

Futurum poſterius.

ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος.
ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.
τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

POST peractam verbi actiui coniugationem, temporúmq; illius datam formationem, ſupereſt, vt bonis auibus & in paſſiuo nos idē facere tētemus. Cui profecto rei iam accingeremur, ſi verbum ipſum paſſiuum ſine verbo, quod ὑπαρκτικὸν, id eſt ſubſtantiuum vocitant, εἰμὶ nempe, id eſt ſum, plenè tractari poſſet. Sed quoniam nequit (nam inter coniugandum paſſiuum de ſubſtātiuo verbo perſonas aliquot videbis accitas) facturum proinde me operæpretium exiſtimaui, ſi τοῦ εἰμὶ coniugationem ego prius proponerem, quàm ad verbum paſſiuum deſcenderem. Quod ſanè conſilium vel ob id confido fore non pœnitēdum, quoniam penultima verbi paſſiui tempora cum nonnullis τοῦ ὑπαρκτικοῦ temporibus flectendi forma congruunt belliſſimè.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

εἰμὶ, εἶς, vel εἶ, ἐστί.
ἐστὸν, ἐστὸν.
ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσί.

Præteritum imperfectum.

ἦν, ἦς, ἦν vel ἦ.
ἦτον, ἤτην.
ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.

Futurum.

ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσται.
ἐσόμεθον, ἔσεσθον, ἔσεσθον.
ἐσόμεθα, ἔσεσθε, ἔσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ἔσο, vel ἴσθι, ἔστω.
ἔστον, ἔστων.
ἔστε, ἔστωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

εἴην, εἴης, εἴη.
εἴητον, εἰήτην.
εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Futurum.

ἐσοίμην, ἔσοιο, ἔσοιτο.
ἐσοίμεθον, ἔσοισθον, ἐσοίσθην.
ἐσοίμεθα, ἔσοισθε, ἔσοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὦ, ᾖς, ᾖ.
ἦτον, ἦτον.
ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

MODVS INFINITVS.

Præſens & præteritum imperfectum:

εἶναι.

Futurum.

ἔσεσθαι.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ ὢν, τοῦ ὄντος.
ἡ οὖσα, τῆς οὔσης.
τὸ ὂν, τοῦ ὄντος.

Futurum.

ὁ ἐσόμενος, τοῦ ἐσομένου.
ἡ ἐσομένη, τῆς ἐσομένης.
τὸ ἐσόμενον, τοῦ ἐσομένου.

VERBVM PASSIVVM.

ANtè quàm verbi paſſiui diſſertationem aggredimur, ad rem pertinere arbitror, præmonſtrare, quo verbũ hoc ab actiuo, κατάγε τὰ ὑποπεπτωκότα, diſcrepet, quod compendioſum iuxta eſt ac facile.

Verbum igitur hoc paſſiuum imprimis numero temporum actiuo maius eſt, habet enim (cuius rei prius quoque nos meminimus) proprium ſibi & peculiare tempus futurum. quod μετ᾽ ὀλίγον, id eſt paulo poſt futurum appellitant.

Nouum hoc tempus non eò ſolum ab alijs differt futuris, quòd poſtmodum, & ſublata mora aliquid notet faciundum, cum alia interim futura, illud idem, hoc eſt futurum aliquid, citra vllum longi breuiſue temporis diſcrimen inſinuẽt: hoc verò amplius ab cæteris μέλλουσι ſeiungitur, quòd illis omni prorſus augmento deſtitutis, huic tamen incrementum applicetur. Ipſum autem cuiuſmodi ſit, ſuo aperietur loco. Quod ad aliorum temporum augmentum attinet (quando huc incidimus) non eſt quòd noua ſolicitudine diſtringamur, nam quale quæcunque tempora actiuorum habuerunt, tale & hîc ipſa retinebunt.

Dualis numerus paſſiuorum dualem actiuorum multitudine perſonarũ, vbiq; ferè exuperat. Cum etenim prima perſona pluralis paſſiuorum, non in μεν, vt prima actiuorum, ſed in μεθα deſinat, non eſt cur prima duali perſona hæc verba ſpoliẽtur. Dixi paulò antè, vbique ferè, propter indefinita tempora: quæ ipſa cum actiuorum ſequantur declinationem, & eorum regulis meritò ſubijciuntur. Hæc ſatis, iam ad temporum formationem accedamus.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

PRima perſona præſentis Indicatiui formatur à prima itidem perſona verbi actiui, temporis, & modi eorundem, ω illius finali in ο mutato, & μαι ſyllaba illi ſubdita: τύπτω τύπτομαι.

Si poſt primam huius temporis perſonam, vlla eſt alia, cuius formationē iure ſcrutemur & doceamus, ſecunda eſt. Duplex enim ſtatuitur, Ionica quæ de prima ſic deriuatur. Quod ο illic eſt ante μαι, hîc in ε mutatur, mox μ profligatur: τύπτομαι τύπτεαι. Altera communis & acceptiſſima, de Ionica fit ε & α in η contractis, cui ι ſubſcribitur, τύπτεαι τύπτῃ. Neutram formam ſequuntur βούλομαι & οἴομαι: quæ βούλει faciunt & οἴει. Ab ὄψομαι ſic fit ὄψει, ſed alíus generis verbum eſt, & temporis diuerſi: futurum enim eſt τοῦ αὐτοενεργητικοῦ. Typus huius tēporis non eſt abſimilis typo futuri Indicatiui verbi εἰμί.

τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται.
τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον.
τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

PRAETERITVM IMPERFECTVM.

HOc tempus à ſimili quoq; tempore verbi actiui deriuatur: interiecta ſyllaba μη, duabus literis ον, παρατατικὸν actiuum claudentibus, ἔγραφον, ἐγραφόμην.

ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο.
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

PRAETERITVM PERFECTVM.

COmmonefecimus antea cū actiuum παρακείμενον expēderemus, omnium temporum nullum, quàm hoc, eſſe inuolutius. id quod procul dubio hîc, ſi vſquam

alibi experiaris. Euge tamen: hoc dicto concuti, aut deterreri velim neminem. eo namque ordine hanc rem diſpoſitum iri ſperamus, vt eam demum is non ſit aſſequuturus, qui dum hæc tractabuntur, alijs implicabitur negotijs, planéque apud Hiſpanias (vti prouerbio τῷ ἐπιχωρίῳ fertur) aliquam molietur animo ſubſtructionem.

Quando perſonæ alicuius temporis conſtantem ſibi, & vniformem habent coniugationem, ſatis habere cõſueuimus, primæ ſingularis perſonæ deriuationem indagare, aliarũ interim ſecuri & perſonarum & coniugationum, quòd ſecundum ſemel propoſitum temporis typum, præſcriptámq; formulam, omnes perſonas quarũuis coniugationũ nullo negotio flectere liceat. Si enim ἔτυπτον tu noris coniugare, ſimul & ἔλεγον, ἔπειθον, ἐνόμιζον, ἔψαλλον, & ἤκουον ſcies variare, nam omnibus coniugationibus vt vna eſt formula, ita in omnibus numeris vnum verbum ſuam ſeruat conſonantem. τύπτω nempe π, λέγω γ, & ſic deinceps. At ſi alijs perſonis aliarum coniugationum, aliorúmque numerorum, aliæ literæ eſſent transferẽdæ, addendæ, ſubmouendæve, omnino id vbi, quîque faciundum foret, regulis indicaretur. Cum ergo tempus hoc nõ in prima ſolùm perſona ſingulari, ſed in omnibus propemodum perſonis mirabili obnoxium eſſet mutabilitati, in gratiam eorum, qui hoc ſtudio capiuntur, & ne res forſan primo obtutu viſa operoſior, ab occepto eos auertat, alióque tranſuerſos agat, viſum propterea eſt, non ſingularem modo tẽporis huiuſce primam perſonam, ſed & omnes omnium numerorum perſonas ἰδιοσχηματίστως, propriáque formatione deductas in medium proferre.

PRIMA PERSONA SINGVLARIS.

Perſona hæc tibi fiet exploratiſſima, ſi primariȩ eius tres ſyllabæ, prima, penultima, & vltima compertæ tibi fuerint, vt in quibus totius negotij cardo vertatur. Et quo-

niam auditum iam eſt, paſſiui augmentum de augmento acti ui perſpicuum reddi, neutro ſcilicet ab altero diſſidente, vt τέτυφα τέτυμμαι, λέλεχα λέλεγμαι: nos prima ſyllaba omiſſa, quæ in augmento reſidet, aut verius quæ non aliud eſt, quàm ipſum augmentum, ad penultimam leui pede progrediemur.

Vt paſſiuum præteritum perfectum cũ actiuo κατὰ τὴν ἀρχὴν congruit, ita & in penultima ab eodem nõ diſſentit. Quod ex iamiam productis exẽplis in confeſſo eſſe debet. Hui, inquies, nimium παράδοξα nobis narras. vbi enim, obſecro, vides μ in τέτυφα, & γ in λέλεχα, quæ in τέτυμμαι & λέλεγμαι cõſpicaris? Similitudo penultimæ agnoſceretur, ſi τέτυμφα, & λέλεγχα ſcriberentur. Rem rectè accipe, penultima nobis cõſideratur ſecũdum vocalem, quæ potior ſyllabæ pars eſt, & quæ vtriuſq; præteriti penultimæ fixè, immobiliterq; hæret. Nam ad cõſo nantes quod pertinet, aduentitię tantùm ſunt: eæ autem quomodo aſciſcantur, haud multo pòſt monſtrabitur.

De regula noſtra iubẽte, vt præteritum vtrumq; perfectum in παρακειμένῳ eandem habeat vocalem, duæ trahuntur exceptiones. Altera eſt, propter verba habentia ε in penultima præſentis cum ρ iunctum, nam pręteritum paſſiuum illud ε in α mutat. τρέφω, τέτροφα, τέθραμμαι: στρέφω, ἔστροφα, ἔστραμμαι. Subexcipitur vnum βρέχω, quod βέβρεγμαι habet. Exceptio altera eſt, propter verba diſſyllaba, primæ & ſecundę coniugationis, quæ Attico ritu ε in ο dicta ſunt commutare, λέγω λέλοχα, πέμπω πέπομφα. horum enim pręteritum paſſiuum illud ο in ſuã penultimam non admittit. nõ enim λέλογμαι, nec πέπομμαι, ſed per communis præteriti vocãles λέλεγμαι & πέπεμμαι dices. Et hoc de penultima primæ perſonæ.

Si generaliter pronuntiauerimus vltimã huius perſonæ ſyllabam eſſe μαι, non tamen protinus expedita tibi hęc perſona cenſeatur. nodus nanq; emergit adhuc arctiſſimus: ex inſigni tum vocalium, tum conſonantium, μαι illud antecedentium mutatione: argumento fuerint, κέκριμαι, δέδεμαι, τέτυμμαι,

λέλεσμαι, πέπεισμαι. diſſoluetur autē, ſi tātę illius varietatis per ſex coniugationes, velut filū ſequentes, originē ſcrutabimur.

Verba primæ coniugationis α finale primæ perſonæ ſimilis temporis actiui in μαι vertunt, deinde φ in ſuā mediam β mutāt, vt à τέτυφα, τέτυβμαι enaſcatur. Verùm quoniam β cum μ abſonè cohæret, vt aſperior ſonus emolleſcat, quoniam μαι à μ inceptat, idcirco β in alterum μ cōuertitur, hinc τέτυμμαι à τέτυφα, & γέγραμμαι à γέγραφα.

Nec admodū procul de hac formandi ratione recedunt verba ſecundæ coniugationis, α enim finali præteriti actiui in μαι mutato χ in mediam γ cōuertunt: λέλεχα, λέλεγμαι. Iam verò cum ſatis ex ſuperioribus cōſtet, pleraque verba τεταρτόζυγα præteritum actiuum non ſecus facere quàm δευτερόζυγα, cōſtare hinc ſimul oportet fingendæ huius perſonæ quænam illis inſit figura. Planè vt à λέγω λέλεχα fit λέλεγμαι, ſic à πράττω πέπραχα fiet πέπραγμαι.

Verba tertiæ coniugationis, quibus adde reliqua verba quartæ coniugationis, præteritum actiuum per κα mittentia κα in μαι mutant, cui σ præfigunt. πέιθω, πέπεικα, πέπεισμαι: φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι.

Amplius quintæ coniugationis verba, κα itidem in μαι trāſformant. κρίνω, κέκρικα, κέκριμαι: νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι. Seruata etiam immutabili conſonāte ante μαι, ſi qua ante κα fuerit. ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι: ἔψαλκα, ἔψαλμαι.

Hoc indignum non eſt admonitione: Quæ verba cōcinnitatis gratia ν in γ mutare viſa in actiuis ſunt, quoniā illa δυσφωνία in hoc præterito ceſſat, reſumitur ν quod in μ poſtmodū conuertitur, propterea quòd μ benignius multo quàm ν ante μ ſonat. A μιαίνω itaque quod μεμίαγκα fecit, & à φαίνω, quod πέφαγκα, μεμίαμμαι gignes & πέφαμμαι ab ἤχυγκα, ἤχυμμαι.

Verba poſtremo ſextæ coniugationis, κα in μαι ſine controuerſia mutāt, ante quod ea σ habere, nec ſemper, nec nunquā auſis affirmare: cū à δράω, δέδραχα, δέδραμαι: cōtrà de γελάω

γεγέλακα compertum ſit formari γεγέλασμαι: à τελέω item τετέλεκα, τετέλεσμαι: à δέω autem δέδεκα, δέδεμαι: à κελεύω prę-terea κεκέλευκα, κεκέλευσμαι: ex aduerſo de βασιλεύω, βεβασίλευκα, βεβασίλευμαι. Denique cum à κλείω κέκλεικα, tum κέκλῃμαι, tum κέκλεισμαι. Quid ergo ſtatuas in tam prodigioſa diuerſitate? Ab authoribus probatis quid probatum ſit & receptũ, nobis erit prouidè attendendum. Grammaticorũ enim laborãtibus copijs, ad obſeruationẽ ſcriptorum, velut ad munitiſſimã arcem, præſidiúmque validiſſimum eſt confugiendum.

SECVNDA.

SEcunda perſona in αι deſinit, quod litera characteriſtica futuri actiui præcedit. Quemadmodum igitur omniũ coniugationum, præterquam quintæ, futurum σ habet, ſiue expreſſum, vt ἀκούω, ἀκούσω: πείθω, πείσω: ſiue implicitum & cum duplice cõnexum (puta cum ψ vel ξ, quarum illa π σ, hæc vero κ σ includit) vt γράφω, γράψω: ita hæc perſona ante αι σ habet: aut ἐνεργείᾳ, vt δέδαρμαι, δέδαρσαι: vel δυνάμει, vt γέγραμμαι γέγραψαι, λέλεγμαι λέλεξαι. quaſi ſolutis duplicibus dicas γέγραπσαι, λέλεκσαι. Quòd ſi prima ſyllaba iam σ habebat, ipſum propterea in hac perſona non geminaris. nam ab ἤκουσμαι, & τετέλεσμαι, ἤκουσαι fit & τετέλεσαι, non autem ἤκουσσαι, τετέλεσσαι.

Iam quod diximũs quintam cõiugationem vnam eſſe quæ in futuro actiuo σ non habet (certũ enim eſt immutabiles illi conſtanter adeſſe) dictum hoc putetur, de eo quod, vt εὐφωνότερον, à recentioribus vſurpatur. nam ſi id quod apud vetuſtiſſimos Græcos ſeruatum ſit conſiderabimus, neq; huius coniugationis futurũ ſuo σ deſtitutũ inueniemus. Quæ res Æolibus nõ vſq;quaq; diſplicuit. ψάλσω, σπέρσω, κρίνσω pronũtiãtibus. Meritò itaque etiam quintæ coniugationis verba in hac perſona ante αι σ habent, ἔψαλμαι, ἔψαλσαι: ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι: πέφαμμαι, πέφανσαι: (redit enim ν quod in præterito actiuo in γ

in prima perſona huius tẽporis in μ mutatum fuerat) κέκριμαι, κέκρισαι: νενέμημαι, νενέμησαι.

TERTIA PERSONA.

FIt hæc perſona à ſecunda, mutãdo σαι in ται: ἔψαλσαι, ἔψαλται: πέφανσαι, πέφανται. Sed illic quid agas, vbi σαι non appareat? vt in γέγραψαι, τέτηξαι. Non appareat, ineſt nihilo ſecius. quod videre eſt liquidiſſimè duplicibus ſolutis, & in conſonantes quibus reſpondent, redactis: vt ſi pro γέγραψαι, & τέτηξαι ſcripſeris γέγραπσαι, τέτηκσαι. ſecundum præſcriptum canonem ilico τέτυπται formaris, & τέτηκται.

Excipiuntur verò quæ in prima perſona ante μαι σ habent. nam ipſum σ ante ται quoq; retinent: πέπεισμαι, πέπεισαι, nõ autem πέπεισται: ἤκουσμαι, ἤκουσαι, non ἤκουται.

PRIMA DVALIS.

PRima perſona dualis formatur à prima ſingulari mutando μαι ĩ μεθον: πέπλεγμαι, πεπλέγμεθον: ὤρυγμαι, ὠρύγμεθον.

SECVNDA ET TERTIA.

VBi contingit ſimilitudo perſonarum, vt hîc, debet & ſimilitudo contingere formationum. Duæ igitur hæ perſonæ fiunt à tertia ſingulari, αι in ον, & tenuibus in aſpiratas conuerſis: τέτυπται τέτυφθον, λέλεκται λέλεχθον, πέπεισαι πέπεισθον. Quòd ſi ante ται vocalis fuerit, ante θον σ reponetur: λέλυται λέλυσθον, κέκριται κέκρισθον.

PRIMA PLVRALIS.

PRima perſona pluralis fit à prima duali τροπῇ τοῦ θον in θα: τετελέσμεθον, τετελέσμεθα.

SECVNDA.

VT à prima duali fecimus primam pluralem, ita de ſecũda formabimus ſecũdã, ον in ε mutato: λέλυσθον λέλυσθε.

TERTIA.

DEniq; tertia pluralis gignitur à tertia ſingulari, ν inter eius penultimam & vltimam ſito: κέκριται κέκρινται: γεγένυται γεγένυνται. Enimuero δόγμα hoc ita demũ eſt verum, ſi vocalis anteit vltimam ſyllabam tertiæ illius ſingularis. nam ſi conſonans præire inuenietur, propter τὸ δύσφθεγκτον tertia pluralis eo modo nequit declinari. Quàm durè enim pronunties τέτυπνται, & λέλεκνται? At ne Græcorum lingua, alioqui fœcundiſſima, hac in parte ſterileſceret, aliũde eſt huic ἀπορίᾳ bene proſpectum: quãdo per participium eiuſdem numeri, & temporis (quod ſuo loco poſtea dicemus duci à prima perſona ſingulari huius temporis, mutando μαι in μενος) iunctum tertiæ perſonæ plurali præſentis temporis verbi ſubſtantiui, εἰσὶ nempe, hanc perſonam expreſſerunt. pro τέτυπνται, τετυμμένοι εἰσὶ, pro βέβρεκνται, βεβρεγμένοι εἰσὶ, ꝓferẽtes.

τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται.
τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον.
τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσὶ.

PRAETERITVM PLVSQVAMPERFECTVM.

A Prima perſona præteriti perfecti paſſiui, prima huius temporis perſona fit, mutatione μαι ſyllabæ finalis in μην. Nam ad augmentum quod attinet, ipſum habere idem cum ὑπερσυντελικῷ actiuo iam ſæpicule eſt cantatum: τέτυμμαι, ἐτετύμμην.

Reliquæ perſonæ ad tertiã vſq; pluralem formatu ſunt perfaciles. Secunda enim & tertia ſingulares de ſimilibus perſonis prę̨teriti perfecti deriuãtur, αι in ο mutato: τέτυψαι ἐτέτυψο, τέτυπται ἐτέτυπτο. Primæ & ſecundę perſonæ tam duales, quàm plurales, de ſimilibus itidem παρακειμένου, παθητικοῦ terminatione, & coniugandi ratione non diſcedunt: τετύμμεθον ἐτετύμμεθον, τέτυφθε ἐτέτυφθε. Dualis tertia non eſt ſimilis ſe-

cundæ vt in præterito perfecto, propterea quòd tertia pluralis, vti iam apparebit, neq; ι habet neq; αι. Tertia pluralis fit à tertia ſingulari præponēdo ν vltimę eius ſyllabę το: vt ἐκέκριτο ἐκέκριντο, ἐλέλυτο ἐλέλυντο. Regula hæc, vt verbis compēdioſa eſt, ita & eius vis non procul porrigitur: ad ea enim ſolum verba profertur, quæ vltimam ſyllabam tertiæ perſonæ ſingularis puram habent, cuiuſmodi ſunt paulò antè propoſita. Quòd ſi tertia illa το impurum habuerit, vt ἐτέτυπτο, ceſſare illic omnino regulam neceſſum eſt, cū tertia pluralis ab ſingulari nullo modo poſſit formari, nō magis ſanè quàm in præterito perfecto. Quemadmodum autem vtrique tempori perſona hæc eadem de cauſa deeſt, ita vtrobiq; eadem cautio adhibita eſt. nam per verbum ſubſtātiuum & participium paſſiuum, quod perfecto, & pluſquamperfecto eſt idem, hæc perſona ſuppletur. Hoc tantùm eſt ad temporum differētiam excogitatum: tempus perfectum tertiam perſonam pluralem præſentis tēporis, εἰσὶ, capit. pluſquamperfectum verò tertiā præteriti imperfecti: ἦσαν, τετυμμένοι ἦσαν.

ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο.
ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην.
ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

INDEFINITVM PRIVS.

PRima perſona indefiniti prioris fit à tertia ſingulari præteriti perfecti paſſiui duobus obſeruatis, ad primæ, vltimæque eius ſyllabæ cognitionem. Alterum, cōſonantem in principio geminatam, (ſi vlla modò geminata fuerit) eſſe ſubmouendam. ἄλλως μὲν γὰρ huius & actiui indefiniti augmentum, quod vnum eſſe affirmauimus, varium eſſet. Alterū autem, ται ſyllabam præteriti perfecti paſſiui vltimā, in θην eſſe mutandam. De κέκριται igitur formabis ἐκρίθην.

Recedunt hinc verba quæ in præterito paſſiuo ε verbi actiui

in α vertêre: ἔστρεφα, ἔστραμμαι. in hoc enim tempore ſuum ε reſumunt: ἔστραπται ἐστρέφθην. His meritò addas εὕρημαι, ἐπήνημαι: & ab αἱρῶ compoſita verba, quę η in ε mutant. nam ab εὕρηται, ἐπήνηται, & καθήρηται, indefinita fiunt εὑρέθην, ἐπηνέθην & καθηρέθην.

At conſonantem ſi penultima habebit, aut φ erit, aut χ, aut σ, aut immutabilis, φ inquam, ſi tertia perſona præteriti perfecti paſſiui π habuerit, τέτυπται ἐτύφθην: χ vero, ſi κ, λέλεκται ἐλέχθην, πέπρακται ἐπράχθην. Alias conſonantes de ipſo præterito mutuatur, πέπεισαι ἐπείσθην, ἔψαλται ἐψάλθην, ἔσπαρται ἐσπάρθην, ἤχυνται ἠχύνθην.

Subducitur ἐσώθην ab σέσωσαι, amiſſo σ: quod ſibi vendicant, ſuis non contenta vocalibus, ἐῤῥώσθην & ἐμνήσθην, ab ἔῤῥωται & μέμνηται.

Hoc, & alterum quod ſequitur indefinitum, cum actiua cõiugatione commune habent, vt prima duali perſona careant, vtrique enim actiuorum more prima pluralis in μεν exit. Ad hæc ſecunda & tertia duales ſunt diſſimiles, in σαν enim tertia pluralis finit. Denique talis eſt eorum coniugatio, qualis & præteriti imperfecti verbi ſubſtantiui.

ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη.
ἐτύφθητον ἐτυφθήτην.
ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

INdefiniti poſterioris prima perſona de tempore & perſona ſimilibus vocis actiuæ pendet, extrema illius ſyllaba ον in ην mutata: ἔτυπον, ἐτύπην.

ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη.
ἐτύπητον, ἐτυπήτην.
ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

FVTVRVM PRIMVM.

PRima perſona futuri primi à ſecũda prioris indefiniti paſſiui deflectitur, augmẽto illius imprimis ſuppreſſo, & ſyllabis ομαι ſubtextis, ἐτύφθην, ἐτύφθης, τυφθήσομαι.

Hoc & quæ duo ſequuntur futura, ſui præſentis imitantur coniugationem.

τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται.
τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον.
τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

FVTVRVM SECVNDVM.

PRima perſona ſecundi futuri fit à ſecunda poſterioris indefiniti paſſiui, modo prorſus eo, quo primum vidimus formari.

τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται.
τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον.
τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

PAVLOPOST FVTVRVM.

A Secunda perſona præteriti perfecti deducitur ομ literis ante αι finem illius perſonæ, poſitis: ἀλλάξομαι, ἤλλαγμαι, ἤλλαξαι, ἠλλάξομαι.

τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται.
τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον.
τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

IN his temporibus ſecunda perſona ſingularis fit à ſecũda præteriti imperfecti modi Indicatiui, profligato tantùm augmento: ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, τύπτου. Cæteræ horum temporum perſonæ ſequuntur actiuorum verborũ eiuſ-

dem modi terminationes, τ quod in vltima, aut penultima eſt ſyllaba, in ϑ ſolum mutatur: τυπτέτω, τυπτέϑω, τυπτέτωσαν, τυπτέϑωσαν.

τύπτε, τυπτέϑω.
τύπτεϑον, τυπτέϑων.
τύπτεϑε, τυπτέϑωσαν.

PRAETERIT. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

Secunda perſona à ſimili deriuatur perſona præteriti pluſquamperfecti: ſic tamen, vt non illius, ſed perfecti incrementum retineatur. ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, τέτυψο: perfectum enim eſt τέτυμμαι.

Tertia perſona eſt quàm ſecunda aliquanto implicatior, nã præterquam quòd à tertia eiuſdem pluſquamperfecti fit: vltima το in θω mutata, habet inſuper & nonnulla attendenda.

Primùm omniũ: Si ante τὴν ληκτικὴν tertiæ perſonæ pluſquamperfecti conſonans fuerit, quale ρ eſt in ἔσπαρτο, ipſa hîc quoque ante θω ſeruabitur, ἐσπάρθω. Variat tamen hoc vbi cõſonans illa tenuis eſt, nam in aſpiratam mutatur: ἐτέτυπτο, τετύφθω. Quòd ſi ante illud το non iam conſonans, ſed vocalis fuerit, ante θω accerſendum σ erit: ἐκέκριτο, κεκρίσθω. Reliquas perſonas ad inſtar præſentis flectito.

τέτυψο, τετύφθω.
τέτυφθον, τετύφθων.
τέτυφθε, τετύφθωσαν.

INDEFINITVM PRIVS.

Formatur à tertia perſona indefiniti prioris detracto augmento, & τι ſyllaba extremo adnexa: ἐτύφθη, τύφθητι.

τύφθητι, τυφθήτω.
τύφθητον, τυφθήτων.
τύφθητε, τυφθήτωσαν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

INdefinitum hoc eodem modo, hoc eſt de ſuo poſteriore indefinito formatur, niſi quòd vltima eius ſyllaba non τι eſt, ſed θι: quæ & ipſa profectò fuerat in priore futura, ſi aſpiratæ ſyllabæ cohærentes dictionem non reddidiſſent aſperiorem.

τύπηθι, τυπήτω.
τύπητον, τυπήτων.
τύπητε, τυπήτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

PRima perſona horum tẽporum formatur à ſimili perſona præſentis Indicatiui, μαι in μην mutando, & ι ante μην ipſum ſtatuendo: τύπτομαι, τυπτοίμην. Quecũq; enim perſonæ Indicatiui habent ο ante vltimam μαι, ſi vllæ huius modi perſonæ fiant de eis, τῷ ο addunt ι, vt ex eorum coitione diphthongus οι coaleſcat.

Omnes tertiæ perſonæ duales huius modi ſecũdis dualibus ſunt diſſimiles, propterea quòd tertiæ plurales in το vel σαν exeunt perpetuò.

Coniugatio horum temporum non differt à coniugatione futuri verbi ſubſtantiui eiuſdem modi: ἐσοίμην ſcilicet.

τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο.
τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

PRAETERIT. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

DE prima perſona temporum ſimilium ὁριστικοῦ hęc tempora ſuam primam formant μαι in μην mutãdo, ſic tamen vt ante μην diphthongus οι huius modi amica collocetur. à κέκριμαι igitur & κέκλιμαι, deduces κεκροίμην, &

κεκλοίμην. Quorũ coniugatio à præſenti τυπτοίμην nõ differt.

Præſcriptum documentum mirè anguſtis arctatur finibus: nam quum hæc tempora iu ἐνεστῶτι examinaremus, queadmo dum ea aſſeruimus carere tertia perſona plurali, vbivbi prima perſona præteriti perfecti μαι haberet impurum, ſuppleri verò eam per verbum ſubſtantiuum & participium pręteritum: ita in his temporibus, tam optatiui, quàm ſubiunctiui modi, tale πλήρωμα reperitur, imò & prægnãtius multo. in omnibus enim perſonis conſpicitur, quando ante μαι præteritum perfectum Indicatiui conſonantem habet: γέγραμμαι, γεγραμμένος εἴην, εἴης &c. A quibus nec ea ſeparantur, quæ υ ſolum vel in diphthongo ante μαι habẽt: λέλυμαι, βεβασίλευμαι: λελυμένος, βεβασιλευμένος εἴην.

κεκροίμην, κέκροιο, κέκροιτο.
κεκροίμεθον, κέκροισθον, κεκροίσθην.
κεκροίμεθα, κέκροισθε, κέκροιντο.
τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη.
τετυμμένω εἴητον, εἰήτην.
τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

INDEFINITVM PRIVS ET POSTERIVS.

INdefinita hæc duo vt appellatione, ita & formatione, neq; non coniugatione inter ſe conueniunt. De primis enim perſonis ſimilium temporum modi indicãtis formantur augmẽto ſuppreſſo, & ει diphthongo ſyllabæ finali ην præpoſita: vt ἐτύφθην, τυφθείην: ἐτύπην, τυπείην.

Formulam indefinitorũ antè quàm proponamus, regulam ſubijcere lubet, cuius vſus eſt in eis frequentiſſimus. Quandocunq; prima perſona pluralis modi Optatiui monophthongũ habet, id eſt ſolam vocalem, ante μεν vt τυφθείημεν (addidi μονόφθογγον propter illa quæ habent δίφθογγον vt τύπτοιμεν) communiter perſonam tertiam pluralem format, mutando μεν in σαν: τυφθείημεν, τυφθείησαν. Secus autem συγκοπτικῶς, nempe

monophthongo illa, & μ proſciſſis: τυφθεῖεν itaque τυπεῖεν & εἶεν, à τυφθείημεν τυπείημεν & εἴημεν facies.

Τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη.
 Τυφθείητον, τυφθειήτην.
Τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν καὶ τυφθεῖεν.
Τυπείην, τυπείης, τυπείη.
 Τυπείητον, τυπειήτην.
Τυπείημεν, τυπείητε τυπείησαν, καὶ τυπεῖεν.

FVTVRVM PRIMVM, SECVNDVM, & paulò poſt futurum.

TRia quę cõſequuntur tẽpora, ἀφ' ἑκάστου τῶν ὁμωνύμων, indicatiui modi ea prorſus deducuntur ratione, qua de pręſenti præſens huius modi viſum nuper eſt deriuari: cuius non formationem tantùm, ſed & declinationem inſequuntur.

Τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο.
Τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην.
Τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.
Τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο.
Τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην.
Τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.
Τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο.
Τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην.
Τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

SIngularis prima perſona horum temporum fit à prima præſentis modi Indicatiui, cuius inflexionẽ amat, cum hac obſeruatiuncula: Quæ perſonæ illic in penultima & antepenultima ε vel ο habuerunt, hîc in η & ω mutabunt. τύπτεται τύπτηται, τυπτόμεθον τυπτώμεθον.

τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται.
τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον.
τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

PRAETERIT. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

Quod non ita multò antè dictum eſt, obiter refricabimus: duo hæc tempora non magis hîc quàm in ἐγκλίσεως τῆς εὐκτικῆς formari: nempe tum duntaxat, cum perfectum tempus Indicatiui ante μαι, vocalem habet: quæ in ω vocalem huic modo familiarem conuertitur. In cæteris tempora hæc ſunt præſenti ſimilima. A κλίνομαι igitur, cuius perfectum eſt κέκλιμαι, tempora hæc ita variaris:

κέκλωμαι, κέκλῃ, κεκλῆται.
κεκλώμεθον, κεκλῆσθον, κεκλῆσθον.
κεκλώμεθα, κεκλῆσθε, κεκλῶνται.

Quod ſi aliter atq; dictum eſt vſu venerit, puta ſi conſonãs quæcunq; vltimam præteriti ſyllabam anteiuerit, vt λέλεγμαι, aut vocalis υ λέλυμαι, aut diphthongus ex υ conflata, βεβασίλευμαι: tunc nec primæ, nec aliarum perſonarum erit formatio vlla: eæ verò διὰ μετοχῆς καὶ ὑπαρκτικοῦ ῥήματος, vt iam ſæpicule eſt admonitum, circunſcribentur.

Τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ.
τετυμμένω ἦτον, ἦτον.
τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

INDEFINITVM PRIVS ET POSTERIVS.

Formantur à tertijs perſonis ſimilium temporum Indicatiui ſuppreſſo augmento, & η litera earum perſonarum extrema in ω mutata: ἐτύφθη, τυφθῶ: ἐτύπη, τυπῶ. Coniugantur ad inſtar ſubſtantiui verbi huius modi.

τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ.
τυφθῆτον, τυφθῆτον.
τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι.

τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.
τυπῆτον, τυπῆτον.
τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

MODVS INFINITVS.

INter omnes modos, hic, quemadmodum eſt & in actiuo præmonſtratum, iure optimo cenſetur, & eſt formatione longè expeditiſſimus: vt in quo omnia tempora (demptis indefinitis) ducantur à ſecũdis perſonis pluralibus ὁμοιοχρόνοις, mutãdo ε finale in αι: τύπτεσθε, τύπτεσθαι: τετύψεσθε, τετύψεσθαι. Indefinita autem de tertijs ſingularibus perſonis augmento deraſo, & ναι ſyllaba ſubtexta, ἐτύφθη, τυφθῆναι.

Τύπτεσθαι	Præſens & præteritum imperfectum.
Τετύφθαι	Præteritum perfectũ & pluſquamperfectũ.
Τυφθῆναι	Indefinitum prius.
Τυπῆναι	Indefinitum poſterius.
Τυφθήσεσθαι	Futurum primum.
Τυπήσεσθαι	Futurum ſecundum.
Τετύψεσθαι.	Paulò poſt futurum.

Typus Verborum paſſiuorum.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

Τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται.
τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον.
τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Præteritum imperfectum.

ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο.
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

Præteritum perfectum.

Τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται.
τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον.
τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

Præteritum pluſquamperfectum.

ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο.
ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην.
ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Indefinitum prius.

ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη.
ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην.
ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Indefinitum poſterius.

ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη.
ἐτύπητον, ἐτυπήτην.
ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

Futurum primum.

Τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται.
τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον.
τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

Futurum ſecundum.

Τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται.
τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον.

τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Paulò poſt futurum.

τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται.
τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον.
τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτου, τυπτέσθω.
τύπτεσθον, τυπτέσθων.
τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.

Præteritum perfectum & plusquamperfectum.

τέτυψο, τετύφθω.
τέτυφθον, τετύφθων.
τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Indefinitum prius.

τύφθητι, τυφθήτω.
τύφθητον, τυφθήτων.
τύφθητε, τυφθήτωσαν.

Indefinitum poſterius.

τύπηθι, τυπήτω.
τύπητον, τυπήτων.
τύπητε, τυπήτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο.
τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Præteritum perfectum & pluſq̃perfectũ.

Τετυμμένος, εἴην, εἴης, εἴη.
τετυμμένω εἴητον, εἰήτην.
τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Indefinitum prius.

Τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη.
τυφθείητον, τυφθειήτην.
τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, καὶ τυφθεῖεν.

Indefinitum poſterius.

Τυπείην, τυπείης, τυπείη.
τυπείητον, τυπειήτην.
τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν, καὶ τυπεῖεν.

Futurum primum.

Τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο.
τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην.
τιφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

Futurum ſecundum.

Τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο.
τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην.
τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

Paulò poſt futurum.

τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο.
τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην.
τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

Τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται.

τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον.
τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Præteritum perfectum & pluſq̃perf.

Τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ.
τετυμμένω ἦτον, ἦτον.
τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Indefinitum prius.

Τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ.
τυφθῆτον, τυφθῆτον.
τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι,

Indefinitum poſterius.

Τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.
τυπῆτον, τυπῆτον.
τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

MODVS INFINITVS.

Τύπτεσθαι	Præſens & præteritum imperfectũ.
τετύφθαι	Præteritum perfectum & pluſq̃perf.
τυφθῆναι	Indefinitum prius.
τυπῆναι	Indefinitum poſterius.
τυφθήσεσθαι	Futurum primum.
τυπήσεσθαι	Futurum ſecundum.
τετύψεσθαι.	Paulò poſt futurum.

PARTICIPIVM PASSIVVM.

PErbreuis eſt, & perfacilis participiorum paſſiuorum diſputatio. Oportet igitur ante omnia ſcire, de primis perſonis verborum paſſiuorum modi Indicatiui tempora participiorum formari ſimilia. De prima itaq; præſentis,

participium præſens naſci, præteritum itidem & futurum, de primis ſuorum præteritorum & futurorum.

Cæterum quum præſens & pręteritum imperfectum iunctim varientur, quo modo pręteritum perfectum & pluſquãperfectum, ab vtra primarum formabuntur? de primáne pręſentis verbi, an verò imperfecti? item de prima pręteriti, an pluſquamperfecti? De prima prioris temporis, hoc eſt ἐνεστῶτος, καὶ παρακειμένου, quę in μαι exeunt. vbi perquàm inſignis regula tradetur: Omnes primę perſonę Indicatiui in μαι gignũt participium maſculinum in μενος, fœmininum in μενη, neutrum in μενον. Cui regulę, ex nouem temporibus quæ participio inſunt, ſeptem ſubijciuntur: pręſens & pręteritum imperfectum. τύπτομαι, ὁ τυπτόμενος, ἡ τυπτομένη, τὸ τυπτόμενον: perfectum & pluſquamperfectum τέτυμμαι, ὁ τετυμμένος: futurum primum, τυφθήσομαι, ὁ τυφθησόμενος, τυπήσομαι ſecundum, ὁ τυπησόμενος: Paulò poſt futurum τετύψομαι, ὁ τετυψόμενος, maſculino & neutro per tertiam, fœminino per ſecundam vbiq; variatis.

Superſunt duo participiorum tempora formanda, duo nimirum indefinita, quę de primis perſonis ſuorum indefinitorum & ipſa deducuntur, incremento diſpuncto & ην ſyllaba poſtrema in εις mutata: ἐτύφθην, τυφθείς: ἐτύπην, τυπείς. Fœmininum addit maſculino α: τυφθεῖσα, τυφθείσης: τυπεῖσα, τυπείσης. Neutrum denique τος ληκτικὸν maſculini genitiui ad ſui creationem expellit, τυφθέντος, τυφθέν: τυπέντος, τυπέν.

Indefinita maſculina & neutra (fœminina notiora ſunt) inclinationẽ ſequuntur nominũ quintę declinationis: vt enim χαρίεις, χαρίεντος, χαρίεντες, χαρίεσι: ſic & τυφθεὶς τυφθέντος, τυφθέντες τυφθεῖσι licet inflectere. Tollitur vnus vocatiuus, propter ὑπερβλήτου regulam ſupra in actiuis participijs datã, qua cauetur: Participia imparibus ſyllabis declinata, eoſdem habere nominatiuos & vocatiuos. Ergo non vt ὦ χαρίεν ſic ὦ τυφθέν, ſed ὦ τυφθεὶς proferto.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου.
ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης.
τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

Præteritū perfectū & pluſquampfectū.

ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου.
ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης.
τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου.

Indefinitum prius.

ὁ τυφθείς, τοῦ τυφθέντος.
ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης.
τὸ τυφθέν, τοῦ τυφθέντος.

Indefinitum poſterius.

ὁ τυπείς, τοῦ τυπέντος.
ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης.
τὸ τυπέν, τοῦ τυπέντος.

Futurum primum.

ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου.
ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης.
τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου.

Futurum ſecundum.

ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου.
ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης.
τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

Paulò poſt futurum.

ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου.
ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης.
τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου.

VERBVM MEDIVM.

VEntum tandem eſt ad tertiam & vltimã coniugãdorum verborum formam, genus enim omne verbi cum vel actiuè, vel paſſiuè, vel deniq; mediè inflectatur, & iam actiuorum paſſiuorúmq; coniugatio abſoluta ſit, vnum ſuperat mediũ: quod tum voce, tum ſignificatu vtriuſq; ſpirat naturam: actiuam namq; modò terminationem, modò verò paſſiuam ſequi deprehẽditur: ídq; promiſcua, actiua, inquam, vel paſſiua ſignificatione.

Octo temporibus verbũ hoc, vt actiuum, variatur: ex quibus duo hæc præteritum perfectum, & pluſquamperfectũ declinationem imitantur actiuorũ, reliqua ſex paſſiuorum.

Verbi medij præſens & præteritũ imperfectũ quorũcunq; modorum, nihil quidquam, quod ad formationem & coniugationem attinet, à ſimilibus paſſiui temporibus diſſident. Quare dum illis formatio vlla quæratur, minime nobis fuerit laborandum. Temporibus cæteris ſua eſt deriuatio.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

τύπτομαι τύπτῃ, & cætera.

Præteritum imperfectum.

ἐτυπτόμην ἐτύπτου, &c.

PRAETERITVM PERFECTVM.

NVnc nuper aſſeruimus tẽpus hoc inclinationẽ imitari actiuam, pòſt paulò autẽ peculiarem ipſi diximus eſſe formationem & deriuationem. Habet igitur hoc perfectum

quo cum actiuo perfecto conueniat, habet viciſſim quo & diſcrepet ab eodem. In primis ſunt duo hæc tempora totidem ſyllabarum. Deinde idem planè eſt vtriuſq; augmentum.

Poſtremo loco, & hoc & illud in α deſinit, & ita rem habere argumento fuerint πέφρακα, πέφραδα, à φράζω & φράζομαι: τέτρεφα, τέτροπα, à τρέπω & τρέπομαι: ἧκα & ἧδα, ab ἄδω & ἄδομαι: ὤρυχα & ὤρυγα, ab ὀρύσσω & ὀρύσσομαι. Differt autem vel conſonante ea quæ α finale præit, quod ex iam propoſitis παραδείγμασι promptum eſt colligere. Vel rurſum differt vocali quæ conſonantem illam anteit, inconſtantem ſanè illam τέτρεφα & τέτροπα arguunt liquidiſſimè. Duo poſtrema hæc explorata ſi bene habebis, ſimul confido tempus hoc tibi extra omnem poſitum iri difficultatem.

Poſcit ſuo quodam iure vocalis, vt ſuum negotium prius explicetur. Quapropter in eius gratiam regula hæc eſto: Quã habet vocalẽ penultima præteriti actiui, eam & præteriti medij penultima habebit: cuius rei ἧκα & ἧδα, itęm ὤρυχα & ὤρυγα teſtes idonei eſſe poſſunt.

Patitur nobilis hæc regula duas exceptiones. Prior eſt ob verba ε in futuro diſſyllabo habentia, ſiue ipſum ſolum fuerit, ſiue in diphthongo, nam ε huiuſmodi in ο mutatur: λέγω, λέξω, λέλεχα, λέλογα: εἴδω, εἴσω, ἧκα, οἶδα: εἴκω, εἴξω, εἶχα, οἶκα: (vnde fit atticè ἔοικα) στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα, ἔσταλα: σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα, ἔσπορα. Poſterior exceptio naſcitur à verbis αι in penultima præſentis habẽtibus: quãuis enim à ψάλλω ἔψαλκα facias & ἔψαλα, eadẽ vocali in themate & vtroq; perfecto ſeruata, ſi tamẽ cũ α iunctũ ι fuerit, α in η mutabitur, cui ι ſubijcietur, à φαίνω igitur πέφηνα, & à χαίνω facies κέχηνα.

De conſonante characteriſtica ſtatuatur hoc modo: Præſentis actiui, & præteriti medij vna eſt conſonans, λέγω λέλογα, κλίνω κέκλινα. Adeo vt ſi præteritum actiuum literam characteriſticam præſentis tenuerit, vt γέγραφα, τέτυχα, à γράφω & τεύχω, duo hæc præterita, actiuum nempe & medium in-

ter ſe meritò ſint ſimilia. γράφομαι igitur γέγραφα, & τρύχομαι τέτρυχα.

Editæ regulę exceptionem ſubdemus: deinde & annotationem, quæ quoddam inſtar habebit exceptionis. Verba quartę coniugationis, quæ in ζ vel σσ exire nemo neſcit, ſi in futuro σ habebunt, hoc tempus ante α finale δ aſſumet, φράζω, φράσω, πέφραδα: ἐρέσσω, ἐρέσω, ἤρεδα: Sin habebunt ξ, præteritum hoc γ ſibi vendicabit, κράζω, κράξω, κέκραγα: πράσσω, πράξω, πέπραγα. Quam ipſam conſonantium μεταλλαγὴν & in poſteriore indefinito actiuo modi Indicatiui vidimus obſeruatã.

Enimuero etiam atq; etiam nobis hoc ſuccurrat, quòd quẽadmodum cum præſens actiuum duas conſonantes habens ante ω ἔσχατον, vt τύπτω, κόπτω, τέμνω, prior earum idcirco characteriſtica illi dicta eſt eſſe, quòd poſterior tantùm aſcititia foret, ita & hîc meminiſſe debemus in perfecto τ͂ μέσων priorem itidem illam characteriſticam eſſe: τύπτομαι igitur τέτυπα, κόπτομαι κέκοπα, τέμνομαι τέτομα.

Hinc exerit ſeſe nodulus, qui annotationis cauſam & materiam ſuppeditabit. Si, vti tu iam dixiſti, ita eſt, quî fit vt à βλάπτω, κρύπτω, καλύπτω, non βέβλαπα, ducatur ſed βέβλαβα, & κέκρυβα, & κεκάλυβα? Rurſus autem à σκάπτω, βάπτω, & τάπτω, neq; hoc, neq; illud, hoc eſt, neq; ἔσκαβα, neq; ἔσκαπα, ſed ἔσκαφα, βέβαφα, τέταφα? Ijs quæ prædicta ſunt, vidẽtur ὡς ἀληθῶς repugnare. Verùm, illis quidem ſolis videntur, qui exteriori inſiſtunt cortici, medullam altius abditam non eruunt. In his ergo verbis, themata prima, & eorum velut ſeminaria ſolerter ſunt íueſtigãda. Quod vbi feceris, ἀντιλογίαν ꝓtinus videris ſublatã. Primùm ergo βλάβω, κρύβω, & καλύβω dicta ſunt: quibus cũ adfixũ τ eſſet, apparuit ſtructura durior futura, ſi βλάβτω, κρύβτω, & καλύβτω proferrẽtur: eã ob cauſã β media í tenuẽ π eſt trãſformata: ortáq; hinc ſunt, βλάπτω, κρύπτω, & καλύπτω. Iam reliqua tria nõ admodũ diſſimiliter ſũt figurata. de σκάφω enĩ βάφω & τάφω fluxerũt, φ in tenuẽ π

verſa,& τ,vt ſuperioribus,accito. Vides igitur verba hæc deductitia dum primitiuorum veſtigijs hærent,& β merito,& φ ante α huius præteriti finale habere:nec à canone illo præcipiente,præſentis actiui & preteriti medij vnam eſſe characteriſticam,vel latum quidem vnguem diſcedere.

A ſuperioribus non tam procul abeſt τίκτω quod à τίκω eſt, ι in ι mutato, & τ interſito, quàm tria hæc μίμνω,πίπτω,ἴσσω: quę ſunt à μένω,πέτω,& ἔπω:ε vbiq; in ι mutato:& in μίμνω μ, in πίπτω π, in ἴσσω σ aduocatis. Nam τίκτω, vt quæ in primo annotationis loco poſita ſunt, priorem conſonantem habet characteriſticam. Quare τίκτομαι τέτοκα habet, reliqua verò habēt poſteriorem. Proinde à μίμνομαι μέμονα,à πίπτομαι πέπωτα,ab ἴσσομαι ἴσσα.Sunt autem conſonantes characteriſticæ alibi priores,alibi poſteriores,non ob aliud indubiè,quàm vt vel aſperitas vocis tollatur, vel abſurditas. Duritiesenim quæ illa erit,ſi πίτπω,βλάτπω,τίτκω dixeris? nec abſurda minus vox fuerit,ſi μίνμω enuntiaris:vt enim paſſim offendas μ ante ν, μνῆμα ποίμνη, quando autem contrà inuenias? Sanè ſi ν ante μ eſſe deberet, in μ demutaretur, cum etiam in diuerſis dictionibus τὴν μοῖσαν,τὴμ μοῖσαν proferendū viderimus, & literas nulla cognatione cum μ iunctas, in μ tamen tranſformatas, quando pro τέτυβμαι τέτυμμαι factum eſt. Ipſum verò ν ante μ in alterum μ conuerti, συμμετρία, συμμαχία, ἐμμένω,ἐμμέλεια, & id genus ſexcēta teſtantur,exoculatis etiam, vel clariſſimè.

Admonendus autem nobis hîc puer eſt, ne præcepta hæc protinus putet repudiāda, ſi ex ijs pręteritis quę nuper formauimus, aliqua vſu non videat recepta,nā verè illa ſunt,ſi vlla modò eſſe debent. Et à nobis iſtæc eò maximè ſcribuntur,vt talia tempora ſi tu vis confingere, aut eorum iam extantium genuinam formationem comperire,promptum tibi hinc,paratúmque ſit, quo hæſitantiæ nubilum decutias.

Deniq; γὰρ προσθήκης μέρος: Quæcūq; verba ſextę cōiugationis

habent ευ vel ου ante ω (præter vnum ἀκόυω) medio carent pręterito perfecto. Alioqui quæcunq; litera præceſſerit ω præſentis extremũ, ſeruabitur & ante α huius tẽporis finale: λύω, λύομαι, λέλυκα: πάυω, πάυομαι, πέπαυκα: ἀκόυω, ἀκόυομαι, ἤκουκα.

τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε.
τετύπατον, τετύπατον.
τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

PRAETER. PLVSQVAMPERF.

QVæ ratio fuit formãdi pluſquamperfecti actiui à perfecto, eadem & in hoc tempore ſeruabitur: nam vt à τέτυφα ἐτετύφειν, ſic à τέτυπα ἐτετύπειν, ἤκουκα ἠκόυκειν, ἤκουα, ἠκόυειν.

ἐτετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει.
ἐτετύπειτον, ἐτετυπέιτην.
ἐτετύπειμεν, ἐτετύπειτε, ἐτετύπεισαν.

INDEFINITVM PRIVS.

INdefiniti huius prima perſona ab indefiniti itidem prioris prima perſona formatur, μην ſyllaba addita, ἔτυψα ἐτυψάμην. Vnde eſt ſecunda, μην in ο mutando, ἐτύψαο. Sed quoniam vox ea deformis ob hiatum apparuit, viſum eſt α & ο in ω cõtractis perſonam hanc reddere concinniorẽ, ἐτύψω. De incontracta verò formabis tertiam τ interiecto, ἐτύψαο ἐτύψατο. Cætera ſunt compertiora.

ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο.
ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην.
ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

INDEFINITVM POSTERIVS.

POſterius indefinitũ actiuum in ον deſinit, ἔτυπον, quòd ſi inter ο & ν ſyllabam μη collocaris, tempus hoc formaris.

ἐτυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο.
ἐτυπόμεθον, ἐτύπεσθον, ἐτυπέσθην.
ἐτυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

FVTVRVM PRIVS ET POSTERIVS.

A Præſenti actiuo vt præſens formatum eſt medium, ω ſcilicet in ο mutato, & μαι adiuncto: ſic ab eiuſdem actiui futuro priore prius facies futurum medium, τύψω τύψομαι. Id tamen nõ eſt καθολικὸν, nam ſi futuri illius actiui vltima circunflecti videbitur, quod in verbis quintę cõiugationis ſolenne eſt, ῶ in οῦ ante μαι conuerſum ſtatuetur, ψαλῶ ψαλοῦμαι. Poſterior hic formandi futuri prioris modus aptiſſimus eſt, & poſteriori futuro fingendo, τυπῶ, τυποῦμαι.

τύψομαι, τύψῃ, τύψεται.
τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον.
τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

τυποῦμαι, τυπῇ, τυπεῖται.
τυπούμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον.
τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτου, τυπτέσθω, &c.

PRAETERIT. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

NIhil differt ſecunda perſona horum à tertia præteriti perfecti Indicatiui. Reliquæ vt actiuum tempus huic ſimile, incedunt.

τέτυπε, τετυπέτω.
τετύπετον, τετυπέτων.
τετύπετε, τετυπέτωσαν.

INDEFINITVM PRIVS.

DE prima perſona prioris indefiniti, ἐτυψάμην ſecunda huius temporis perſona dimanat, ſic: augmẽtum perimitur,& in locum τῶ μην expulſi ι cooptatur, τύψαι. Supereſt & hoc dicendum (quod tamen haud ſcio vtris fuerit tædioſum magis, mihíne toties idem inculcanti, an verò τῷ ἀκροατῇ illud idem ſubinde exaudienti)hoc tempus de ſuo more α retinet. Præſentis alioqui declinationẽ inſequitur.

τύψαι, τυψάσθω.
τύψασθον, τυψάσθων.
τύψασθε, τυψάσθωσαν.

INDEFINITVM POSTERIVS.

A Simili perſona ſimilis temporis Indicatiui ſecũda perſona huius indefiniti pendet, augmẽtum illic tantùm deletur, ἐτύπου τυποῦ.

τυποῦ, τυπέσθω.
τύπεσθον, τυπέσθων.
τύπεσθε, τυπέσθωσαν.

MODVS OPTATIVVS:

Præſens & præteritum imperfectum.

τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο. &c.

PRAET. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

MEmineris quõ à τέτυφε tertia perſona præteriti perfecti Indicatiui actiui verbi tu antea formaris τετύφοιμι, primã perſonam modi & temporũ ſimilium: nam de τέτυπε ſic prorſus formaueris τετύποιμι.

τετύποιμι, τετύποις, τετύποι.
τετύποιτον, τετυποίτην.
τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.

INDEFINITVM PRIVS ET POSTERIVS:

DE primis perſonis ſimilium temporum modi Indicatiui primas horum temporũ perſonas declinabis, dempto augmento, & τῷ α, quod μην pręit in priore, ι adiecto: ἐτυψάμην, τυψαίμην: vt detur huic ἀορίςῳ ſuum α. At τῷ ο quod μην anteit in poſteriore, ι addito: ἐτυπόμην, τυποίμην.

τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο.
τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην.
τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.

τυποίμην, τύποιο, τύποιτο.
τυποίμεθον, τύποισθον, τυποίσθην.
τυποίμεθα, τύποισθε, τύποιντο.

FVTVRVM PRIVS ET POSTERIVS.

VTrunq; futurum huius modi à ſimili futuro Indicatiui fit, μαι in μην mutato. Verùm quoniam huius ἐγκλίσεως tẽpora amant habere diphthongum οι in penultima, eam ob rem futurum hoc prius addit ι vocali ο, quæ illic μην pręcedit: τύψομαι, τυψοίμην. Poſterius autem futurũ Indicatiui quoniã ante μαι ου habet, υ prius elidi debet, quàm ι interponatur.

τυποῦμαι, τυποίμην.
τυψοίμην, τύψοιο, τύψοιτο.
τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο, &c.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται, &c.

PRAETER. PERF. ET PLVSQVAMPERF.

PErdurat etiamnum formationis & coniugationis ſimilitudo, quæ antea ſemper in his temporibus viſa eſt in hoc verbo & ĩ actiuo. Quare nõ ſecus à τέτυπαι

deſcendet τέτυπα, quàm à τέτυφα, τετύφω.

τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ.

τετύπητον τετύπητον.

τετύπωμεν, τετύπητε, τετύπωσι.

INDEFINITVM PRIVS ET POSTERIVS.

VEniunt de ſimilibus quoq; indicatiui tẽporibus, vtrũq; videlicet de ſuo, facta imprimis vtrobiq; augmẽti eliſione, & μην vltima ſyllaba in μαι conuerſa. Iam verò quoniam, vti profectò non ſemel eſt indicatum, modus hic amat ω, propterea α illud quod prius indefinitum ante μην habet, hîc ante μαι in ω mutabitur. Idem continget τῷ ο quod ante μην poſterius habebat. ἐτυψάμην, τύψωμαι: ἐτυπόμην, τύπωμαι. Tempora hæc ab inclinatione præſentis non recedunt.

τύψωμαι, τύψῃ, τύψηται. &c.

τύπωμαι, τύπῃ, τύπηται.

MODVS INFINITVS.

QVid perinde facile atq; huius modi tempora formare? augmento etenim locis conſuetis ſublato, à ſecũdis perſonis pluralibus indicatiui oriuntur, ε finali in αι mutato, vt ſecundum temporum διατύπωσιν medium infinitum cum infinito paſſiuo ὁμοιοπαθεῖν planè videas. à τύπτεσθε igitur τύπτεσθαι, ab ἐτύπεσθε τύπεσθαι formaueris. Præteritum perfectum cui iunctum eſt pluſquamperfectum ne nunc quidẽ ab actiui ratione ſubducitur, tertiæ enim ſuæ ſingulari indicatiuæ ſyllabam ναι adſuit: τέτυπε τετυπέναι.

	Præſens & præteritum imperfectum.
τύπτεσθαι.	Præteritum perfectum & pluſq̃perfectum.
τετυπέναι.	Indefinitum prius.
τύψασθαι.	Indefinitum poſterius.
τύπεσθαι.	Futurum prius.
τύψεσθαι.	Futurum poſterius.
τυπέεσθαι.	

Et hactenus quidem σὺν τῷ χρόνῳ, μᾶλλον δὲ σὺν τῷ θεῷ de actiui verbi, paſſiui & medij coniugatione, déque temporum illorum deformatione cumulatè, ſi nõ fallor, diſſeruimus. Locus hic exigere videtur, ne verbum mediũ cohærenti ſua coniugatione orbatum, habeat quod actiuo & paſſiuo πλεονεξίαν exprobret, vt & ipſum ὁμαλῆ coniugetur.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται.
τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον.
τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Præteritum imperfectum.

ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο.
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον. ἐτυπτέσθην.
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

Præteritum perfectum.

τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε.
τετύπατον, τετύπατον.
τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Præteritum pluſq̃perfectum.

ἐτετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει.
ἐτετύπειτον, ἐτετυπείτην.
ἐτετύπειμεν, ἐτετύπειτε, ἐτετύπεισαν.

Indefinitum prius.

ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο.
ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην.
ἐτ/ψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Indefinitum poſterius.

ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο.
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

Futurum prius.

τύψομαι, τύψῃ, τύψεται.
τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον.
τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

Futurum poſterius.

τυποῦμαι, τυπῇ, τυπεῖται.
τυπεόμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον.
τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτου, τυπτέσθω.
τύπτεσθον, τυπτέσθων.
τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

τέτυπε, τετυπέτω.
τετύπετον, τετυπέτων.
τετύπετε, τετυπέτωσαν.

Indefinitum prius.

τύψαι, τυψάσθω.
τύψασθον, τυψάσθων.
τύψασθε, τυψάσθωσαν.

Indefinitum poſterius.

τυποῦ, τυπέσθω.
τύπεσθον, τυπέσθων.
τύπεσθε, τυπέσθωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο.
τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

τετύποιμι, τετύποις, τετύποι.
τετύποιτον, τετυποίτην.
τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.

Indefinitum prius.

τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο.
τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην.
τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.

Indefinitum poſterius.

τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο.
τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Futurum prius.

τυψοίμην, τύψοιο, τύψοιτο.
τυψοίμεθον, τύψοισθον, τυψοίσθην
τύψοίμεθα, τύψοισθε, τύψοιντο.

Futurum poſterius.

τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο.
τυποίμεθον, τυποῖσθον, τυποίσθην.
τυποίμεθα, τυποῖσθε, τυποῖντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται.

τυπτώμεθον, τύπτησθον. τύπτησθον.
τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ.
τετύπητον, τετύπητον.
τετύπωμεν, τετύπητε, τετύπωσι.

Indefinitum prius.

τύψωμαι, τύψῃ, τύψηται.
τυψώμεθον, τύψησθον, τύψησθον.
τυψώμεθα. τύψησθε, τύψωνται.

Indefinitum poſterius.

τύπωμαι, τύπῃ, τύπηται.
τυπώμεθον, τύπησθον, τύπησθον.
τυπώμεθα, τύπησθε, τύπωνται.

MODVS INFINITVS.

τύπτεσθαι.	Præſens & præteritum imperfectum.
τετυπέναι.	Præteritum perfectũ & pluſquamperfectum.
τύψασθαι.	Indefinitum prius.
τυπέσθαι.	Indefinitum poſterius.
τύψεσθαι.	Futurum prius.
τυπεῖσθαι.	Futurum poſterius.

PARTICIPIVM MEDIVM.

QVoniam medium ipſum verbum actiui verbi & paſſiui cõiugationem eſt amplexum, par eſt vt medij participium participiorum quoque illorum ſequatur inclinationem. Rem itaq; hanc διὰ βραχιόνων ita expediemus. A ſingulis temporibus verborum ſingula fiunt tempora participiorum (niſi cum participiorum tempora iuncta deprehen-

duntur,nam ab vno gignuntur duo) μαι & μην finalibus ſyllabis in μενος mutatis: μαι quidem in præſenti & præterito imperfecto τύπτομαι, τυπτόμενος. Item in vtroq; futuro, priore, τύψομαι,τυψόμενος:poſteriore,τυποῦμαι,τυπούμενος.μην verò in vtroq; ἀορίστῳ,ἐτυψάμην,τυψάμενος: ἐτυπόμην, τυπόμενος. Ad παρακείμενον quod attinet,ac ipſi additum ὑπερσυντελικὸν de ſuo præterito formantur more actiuorum α in ως mutando:τέτυπα,τετυπώς.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου.
ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης.
τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

ὁ τετυπώς, τοῦ τετυπότος.
ἡ τετυπυῖα, τῆς τετυπυίας.
τὸ τετυπός, τοῦ τετυπότος.

Indefinitum prius.

ὁ τυψάμενος, τοῦ τυψαμένου.
ἡ τυψαμένη, τῆς τυψαμένης.
τὸ τυψάμενον, τοῦ τυψαμένου.

Indefinitum poſterius.

ὁ τυπόμενος, τοῦ τυπομένου.
ἡ τυπομένη, τῆς τυπομένης.
τὸ τυπόμενον, τοῦ τυπομένου,

Futurum prius.

ὁ τυψόμενος, τοῦ τυψομένου.
ἡ τυψομένη, τῆς τυψομένης.
τὸ τυψόμενον, τοῦ τυψομένου.

Futurum poſterius.

ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου.
ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης.
τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

Memorię datum eſt Romanorum Imperatorem modeſtiſſimum Octauium, prouerbiolo hoc σπεῦδε βραδέως, impenſè delectatum: propterea quòd ſciret in rebus agendis præcipitatam & immoderatam diligentiam, non minus quàm tardam & ſocordem negligentiam eſſe pernicioſam. De promptis & viuacibus ingenijs impetus erumpunt, quare & commendabiles, ſi moderata lentitudine fuerint temperati: alioqui enim nuſquam non damnoſa, & vt priſcis dictum eſt, αἰτία τῶν κακῶν προπέτεια. Videas in tractãdis negotijs adeo præproperos, vt citiſſima etiam celeritas, ipſis longiſſima mora cenſeatur. Hos meminiſſe illud Catonis oportuit: Sat citò, ſi ſat bene. Iſthæc autem in medium adferre eò libitum eſt, quòd etiam ſi τῆς γραμματικῆς præcepta doctis propemodũ ac rudibus perinde intelligam neceſſaria (nam vt illorum doctrina fit canonum ope & præſidio confirmatior, atq; præceptionibus velut certiſſima regula, ſua ipſi tum dicta tum ſcripta exæquant: ita hi ſine eis paſſim hærent, cum eis diſcunt quæ ignorant) tamẽ euaneſcat oportet, prorſúſque ceſſet ingens illa δογμάτων vtilitas & emolumentum, ſi ſemel exercitatio abeſt. vt ſapientiſſimè veriſſiméq; Diogenes ὁ σινωπεὺς mihi credatur aſſeruiſſe, οὐδὲν τὸ παράπαν ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι, δυνατὴν δὲ ταύτην πᾶν ἐκνικῆσαι. Proinde nobis conſultoribus & authoribus videant οἱ παιδεύοντες, ne ſuam iuuentutem ἀγυμνάστως inſtituãt. Alióne quàm huc ſpectaſſe tu putas prçſcriptã illam à nobis nominum & verborum πολυειδίαν, qua diuerſarum declinationum nomina copulatim varianda, verba itẽ πολύχροα eſſe debere, & variegata coniugãdi forma Proteum quendam referentia in ſuperioribus commonefacere perge-

bamus? Sunt rudimenta hæc prima frequenti repetitione inculcanda,& altè imprimenda, non ita leuiter & oſcitãter percurrenda. In portu adhuc ſtas: vide ne impingas, nam hoc ſi tu admiſeris,nihil profuerint vela tenſa,nihil remigum induſtria:ad oram vnde ſolueris potius renauiga, quàm quà tranſmittaris laborioſius perconteris.Nomina,vt faciliora, ac paucioribus regulis conſtricta, negotij minus exhibent. Verba autem quoniam tractatu porrigũtur laxiore,idcirco cura maiore tibi ediſcenda arbitrator. Ea itaq; σπουδαίως volue, reuolue,modo in hanc,modo in illam partem verſare non deſine, dum tibi fiant exploratiſſima. Verbum actiuum poſteaquam χρονικῶς, ἐγκλιτικῶς & προσωπικῶς noris inflectere (cuius rei nos pridem admonuimus) pari ſtudio & diligẽtia ſimiliter in paſſiuo,deinde in medio efficere alacriter cõtendes.Quod verò omnium nouiſſimum erit,tu totum verbi negotium,quaſi in vnum aceruum cogens,διαθετικῶς ἤτοι κατὰ γένη id eſt per genera, nempe ab actiuo in paſſiuum, ab hoc rurſus in medium progrediendo coniugare verba meditabere, hoc modo:

Actiuum.	Paſſiuum.	Medium.
	Modus Indicatiuus.	
Τρέπω.	τρέπομαι.	τρέπομαι.
ἔτρεπον.	ἐτρεπόμην.	ἐτρεπόμην.
τέτροφα.	τέτραμμαι.	τέτροπα.
ἐτετρόφειν.	ἐτετράμμην.	ἐτετρόπειν.
ἔτρεψα.	ἐτρέφθην.	ἐτρεψάμην.
ἔτραπον.	ἐτράπην.	ἐτραπόμην.
τρέψω.	τρεφθήσομαι.	τρέψομαι.
τραπῶ.	τραπήσομαι.	τραποῦμαι.
	τετράψομαι.	
	Modus Imperatiuus.	
Τρέπε.	τρέπου.	τρέπου.

τέτρεφε.	τέτραψο.	τέτροπε.
τρέψον.	τρέφθητι.	τρέψαι.
τράπε.	τράπηθι.	τραποῦ.

Modus Optatiuus.

τρέποιμι.	τρεποίμην.	τρεποίμην.
τετρέφοιμι.	τετραμμένος εἴην	τετρόποιμι.
τρέψαιμι.	τρεφθείην.	τρεψαίμην.
τράποιμι.	τραπείην.	τραποίμην.
τρέψοιμι.	τρεφθησοίμην.	τρεψοίμην.
τραποῖμι.	τραπησοίμην.	τραποίμην.
	τετραψοίμην.	

Modus Subiunctiuus.

Τρέπω.	Τρέπωμαι.	Τρέπωμαι.
τετρέφω	τετραμμένος ὦ.	τετρόπω.
τρέψω.	τρεφθῶ.	τρέψωμαι.
τράπω.	τραπῶ.	τράπωμαι.

Modus Infinitus.

Τρέπειν.	Τρέπεσθαι.	Τρέπεσθαι.
τετρεφέναι.	τετράφθαι.	τετροπέναι.
τρέψαι.	τρεφθῆναι.	τρέψασθαι.
τραπεῖν.	τραπῆναι.	τράπεσθαι.
τρέψειν.	τρεφθήσεσθαι.	τρέψεσθαι.
τραπεῖν.	τραπήσεσθαι.	τραπεῖσθαι.
	τετράψεσθαι.	

Participia.

Τρέπων.	Τρεπόμενος.	Τρεπόμενος.
τετρεφώς.	τετραμμένος.	τετροπώς.
τρέψας.	τρεφθείς.	τρεψάμενος.
τραπών.	τραπείς.	τραπόμενος.

τρέψων.	θρεφθησόμενος.	τρεψόμενος.
τραπῶν.	θραπησόμενος.	τραπούμενος.
	τεθραψόμενος.	

Abundè videri poteſt, quòd verbũ hoc per genera integrè cõiugauerimus: maximè cũ & τύπτω ſic diſpoſuerimus, vt infantiſſimus propemodum quiſq; ad hunc modum compingere poſſit. Verùm quoniam recens formati, & qui nondum ſibi vſquequaq; conſtant, rebus paulò ſublimioribus, non niſi trepidè committuntur, in eorum gratiam, & vt progredi eos, nonnihilque per ſe audere facili quadam manuductione doceamus, lubet per omneis omnium coniugationum characteriſticas exempla edere: non illa quidem, vt quod nunc nuper præceſſit, abſoluta, ſed tantùm in indicatiuo flexa. Hac certè ratione, vt ſenſim pellici iuuentutem arbitramur, ita polliceri non dubitamus, ſi quæ expromuntur ſedula expenderit, reliquos modos excuſſerit, & perduxerit ad exitum vſq;, hîc exercendi, hîc diſputandi, & regulas perſcrutandi ſegetem inueniri, materiámque longè feliciſſimam.

Syluula παραδειγμάτων.

Prima coniugatio.

Actiuum.	Paſſiuum.	Medium.
λείβω.	λείβομαι.	λείβομαι.
ἔλειβον.	ἐλειβόμην.	ἐλειβόμην.
λέλειφα.	λέλειμμαι.	λέλοιβα.
ἐλελείφειν.	ἐλελείμμην.	ἐλελοίβειν.
ἔλειψα.	ἐλείφθην.	ἐλειψάμην.
ἔλιβον.	ἐλίβην.	ἐλιβόμην.
λείψω.	λειφθήσομαι.	λείψομαι.
λιβῶ.	λιβήσομαι.	λιβοῦμαι.
	λελείψομαι.	

Γράφω.	γράφομαι.	γράφομαι.
ἔγραφον.	ἐγραφόμην.	ἐγραφόμην.
γέγραφα.	γέγραμμαι.	γέγραφα.
ἐγεγράφειν.	ἐγεγράμμην.	ἐγεγράφειν.
ἔγραψα.	ἐγράφθην.	ἐγραψάμην.
ἔγραφον.	ἐγράφην.	ἐγραφόμην.
γράψω.	γραφθήσομαι.	γράψομαι.
γραφῶ.	γραφήσομαι.	γραφοῦμαι.
	γεγράψομαι.	

Secunda coniugatio.

Δήκω.	δήκομαι.	δήκομαι.
ἔδηκον.	ἐδηκόμην.	ἐδηκόμην.
δέδηχα.	δέδηγμαι.	δέδηκα.
ἐδεδήχειν.	ἐδεδήγμην.	ἐδεδήκειν.
ἔδηξα.	ἐδήχθην.	ἐδηξάμην.
ἔδακον.	ἐδάκην.	ἐδακόμην.
δήξω.	δηχθήσομαι.	δήξομαι.
δακῶ.	δακήσομαι.	δακοῦμαι.
	δεδήξομαι.	
Λέγω.	λέγομαι.	λέγομαι.
ἔλεγον.	ἐλεγόμην.	ἐλεγόμην.
λέλεχα.	λέλεγμαι.	λέλογα.
ἐλελέχειν.	ἐλελέγμην.	ἐλελόγειν.
ἔλεξα.	ἐλέχθην.	ἐλεξάμην.
ἔλεγον.	ἐλέγην.	ἐλεγόμην.
λέξω.	λεχθήσομαι.	λέξομαι.
λεγῶ.	λεγήσομαι.	λεγοῦμαι.
	λελέξομαι.	
Τρύχω.	τρύχομαι.	τρύχομαι.
ἔτρυχον.	ἐτρυχόμην.	ἐτρυχόμην.
τέτρυχα.	τέτρυγμαι.	τέτρυχα.

ἐτετρύχειν.	ἐτετρύγμην.	ἐτετρύχειν.
ἔτρυξα.	ἐτρύχθην.	ἐτρυξάμην.
ἔτρυχον.	ἐτρύχην.	ἐτρυχόμην.
τρύξω.	τρυχθήσομαι.	τρύξομαι.
τρυχῶ.	τρυχήσομαι.	τρυχοῦμαι.
	τετρύξομαι.	

Tertia coniugatio.

Ἀνύτω.	ἀνύτομαι.	ἀνύτομαι.
ἤνυτον.	ἠνυτόμην.	ἠνυτόμην.
ἤνυκα.	ἤνυσμαι.	ἤνυτα.
ἠνύκειν.	ἠνύσμην.	ἠνύτην.
ἤνυσα.	ἠνύσθην.	ἠνυσάμην.
ἤνυτον.	ἠνύτην.	ἠνυτόμην.
ἀνύσω.	ἀνυσθήσομαι.	ἀνύσομαι.
ἀνυτῶ.	ἀνυτήσομαι.	ἀνυτοῦμαι.
	ἠνύσομαι.	
ἄδω.	ἄδομαι.	ἄδομαι.
ἦδον.	ἠδόμην.	ἠδόμην.
ἦκα.	ἦσμαι.	ἦδα.
ἤκειν.	ἤσμην.	ἤδειν.
ἦσα.	ἤσθην.	ἠσάμην.
ἦδον.	ἤδην.	ἠδόμην.
ἄσω.	ἀσθήσομαι.	ἄσομαι.
ἀδῶ.	ἀδήσομαι.	ἀδοῦμαι.
	ἤσομαι.	
ἐλεύθω.	ἐλεύθομαι.	ἐλεύθομαι.
ἤλευθον.	ἠλευθόμην.	ἠλευθόμην.
ἤλευκα.	ἤλευσμαι.	ἤλευθα.
ἠλεύκειν.	ἠλεύμην.	ἠλεύθειν.
ἤλευσα.	ἠλεύσθην.	ἠλευσάμην.
ἤλυθον.	ἠλύθην.	ἠλυθόμην.

ἐλεύσω.	ἐλευθήσομαι.	ἐλεύσομαι.
ἐλυθῶ.	ἐλυθήσομαι.	ἐλυθοῦμαι.
	ἠλεύσομαι.	

Quarta coniugatio.

Φράζω.	φράζομαι,	φράζομαι.
ἔφραζον.	ἐφραζόμην.	ἐφραζόμην.
πέφρακα.	πέφρασμαι.	πέφραδα.
ἐπεφράκειν.	ἐπεφράσμην.	ἐπεφράδειν.
ἔφρασα.	ἐφράσθην.	ἐφρασάμην.
ἔφραδον.	ἐφράδην.	ἐφραδόμην.
φράσω.	φρασθήσομαι.	φράσομαι.
φραδῶ.	φραδήσομαι.	φραδοῦμαι.
	πεφράσομαι.	

ὀρύσσω.	ὀρύσσομαι.	ὀρύσσομαι.
ὤρυσσον.	ὠρυσσόμην.	ὠρυσσόμην.
ὤρυχα.	ὤρυγμαι.	ὤρυγα.
ὠρύχειν.	ὠρύγμην.	ὠρύγειν.
ὤρυξα.	ὠρύχθην.	ὠρυξάμην.
ὤρυγον.	ὠρύγην.	ὠρυγόμην.
ὀρύξω.	ὀρυχθήσομαι.	ὀρύξομαι.
ὀρυγῶ.	ὀρυγήσομαι.	ὀρυγοῦμαι.
	ὠρύξομαι.	

Quinta Coniugatio.

Στέλλω.	στέλλομαι.	στέλλομαι.
ἔστελλον.	ἐστελλόμην.	ἐστελλόμην.
ἔσταλκα.	ἔσταλμαι.	ἔστολα.
ἐστάλκειν.	ἐστάλμην.	ἐστόλειν.
ἔστειλα.	ἐστάλθην.	ἐστειλάμην.

στελῶ.	σταλθήσομαι.	στελοῦμαι.
σταλῶ.	σταλήσομαι.	σταλοῦμαι.
	ἐστάλσομαι.	
Κάμνω.	κάμνομαι.	κάμνομαι.
ἔκαμνον.	ἐκαμνόμην.	ἐκαμνόμην.
κεκάμηκα.	κεκάμημαι.	κέκαμα.
ἐκεκαμήκειν.	ἐκεκαμήμην.	ἐκεκάμειν.
ἔκημα.	ἐκαμήθην.	ἐκημάμην.
ἔκαμον.	ἐκάμην.	ἐκαμόμην.
καμῶ.	καμηθήσομαι.	καμοῦμαι.
καμῶ.	καμήσομαι.	καμοῦμαι.
	κεκαμήσομαι.	
Φαίνω.	φαίνομαι.	φαίνομαι.
ἔφαινον.	ἐφαινόμην.	ἐφαινόμην.
πέφαγκα.	πέφαμμαι.	πέφηνα.
ἐπεφάγκειν.	ἐπεφάμμην.	ἐπεφήνειν.
ἔφηνα.	ἐφάνθην.	ἐφηνάμην.
ἔφανον,	ἐφάνην.	ἐφανόμην.
φανῶ.	φανθήσομαι.	φανοῦμαι.
φανῶ.	φανήσομαι.	φανοῦμαι.
	πεφάνσομαι.	
Σπείρω.	σπείρομαι.	σπείρομαι.
ἔσπειρον.	ἐσπειρόμην.	ἐσπειρόμην.
ἔσπαρκα.	ἔσπαρμαι.	ἔσπορα.
ἐσπάρκειν.	ἐσπάρμην.	ἐσπόρειν.
ἔσπειρα.	ἐσπάρθην.	ἐσπειράμην.
ἔσπαρον.	ἐσπάρην.	ἐσπαρόμην.
σπερῶ.	σπαρθήσομαι.	σπεροῦμαι.
σπαρῶ.	σπαρήσομαι.	σπαροῦμαι.
	ἐσπάρσομαι.	

Sexta coniugatio.

Παύω.	παύομαι.	παύομαι.
ἔπαυον.	ἐπαυόμην.	ἐπαυόμην.
πέπαυκα.	πέπαυμαι.	πέπαυα.
ἐπεπαύκειν.	ἐπεπαύμην.	ἐπεπαύειν.
ἔπαυσα.	ἐπαύθην.	ἐπαυσάμην.
ἔπαον.	ἐπάην.	ἐπαόμην.
παύσω.	παυθήσομαι.	παύσομαι.
παῶ.	παήσομαι.	παοῦμαι.
	πεπαύσομαι.	
Ἀκούω.	ἀκούομαι.	ἀκούομαι.
ἤκουον.	ἠκουόμην.	ἠκουόμην.
ἤκουκα.	ἤκουσμαι.	ἤκουα.
ἐκούκειν.	ἠκούσμην.	ἠκούειν.
ἤκουσα.	ἠκούσθην.	ἠκουσάμην.
ἀκούσω.	ἀκουσθήσομαι.	ἀκούσομαι.
	ἠκούσομαι.	

Vt purgatior, minúſque ſenticoſa ὕλη noſtra videretur, permulta ſtudio prætermiſimus: quæ etiamſi vſitatiora ſunt, idcirco tamen ſilentio prętereunda duximus, quòd ad communem non accederēt formationem, cuiuſmodi plantarijs tantummodo ſylua eſt noſtra conſita. Illius generis ſunt præterita & futura ab Atticis profecta. Quæ inſerere ſi viſum fuiſſet, poſt λέλεχα & ἐλελέχειν, λέλοχα & ἐλελόχειν ſubiuncta fuiſſent. Et in ἐλεύθω poſt ἤλευκα & ἠλεύκειν, ἐλήλυκα & ἐληλύκειν, erant ſubſtituēda. Quin poſt ἀόριστον β ἤλυθον, μέλλοντα itidē β ἐλυθῶ, ἦλθον atq; ἐλθῶ tempora ſyncopen paſſa, meritò fuerant adplicanda, vt quæ receptiſſima ſint, ac nuſquam non occurrentia. Amplius in κάμνω, pro κεκάμηκα ἐκεκαμήκειν, in κάμνομαι autem pro κεκάμημαι, ἐκεκαμήμην, quare & in paulò pòſt futuro

pro κεκαμήσομαι plenis illis vocibus ἀι συγκοπτικαὶ: cum paſſim legantur κέκμηκα ἐκεκμήκειν, κέκμημαι ἐκεκμήμην & κεκμήσομαι, non ſunt tamen illis adplantatæ. Idem contigit τῷ ὀρύσσω & ἀκόνω: quibus quid ex Atticiſmo debeatur, puer facilè de canonibus colligat. Cui inſtigator lubẽs ſim, vt horum verborũ coniugationem iuſtam & perfectam, hoc eſt non neglectis διαλέκτοις & πάθεσι per omnes modos ſibi conſcribat. nam hæc poſteaquam ſuis locis inſeuerit: eius ſyluam non iam natura eſſe impeditiorem, ſed ob generoſa illa inſita fœcundiorem etiam exiſtimaro.

LIBER SEXTVS.

PArtibus orationis ſuprà εἰς ὀγδοάδα diuiſis, in Nomen, Verbum, Pronomen, Participium, Articulum, Præpoſitionem, Aduerbium, & Coniunctionem: de quatuor iam, Nomine, Verbo, Participio, & Articulo, re nempe ita efflagitante tractauimus. De quibus tamen ipſis etſi nõ pauca ſanè dicenda ſuperſunt, ne tamen reliquas parteis aſpernati nos videamur (ſi, reiectis etiamnum illis, de iam excuſſis μέρεσιν agere de integro occiperemus) haud malè ſpero fecerimus, ſi partes hactenus intactas, in medium produxerimus. Pronomen, Præpoſitionem, Aduerbium, & Coniunctionem. Ex quibus apparet Pronomen certo quodã ſuo iure τὰ πρῶτα tenere, vel ſcilicet quia indeclinatis cæteris ipſum ſit flexile. vel quia, ἀντὶ τὄνομα, pro nomine partium omnium primaria, adſumitur. Ab ἀντὶ enim & ὄνομα paucis immutatis, ἀντωνυμία vox eſt compoſita.

PRONOMEN.

PRonomen, orationis pars eſt declinabilis, quæ in locũ nominis cooptata, certam ſignificat perſonam. Cum etenim dico, ἐγὼ γράφω, vox ego, loco huius nominis κάρολος ponitur. Et vno aliquo demõſtrato, οὗτος ἀκούει, οὗτος pro demonſtrati nomine vſurpatur. Pronomini porrò perſonam eſſe quàm nomini certiorem, ſciri vel hinc non obſcurè poteſt: ex tribus coëuntibus, & communi nomine (eſto δημήτριος) appellatis, vnus nomen hoc, δημήτριος, ſimpliciter pronuntiet, quode agatur neutiquam promptè intelligas. At ille idem proferat, ἐγὼ, σὺ, οὗτος, indubitatam ilicò deprehendis perſonam.

Eadem pronomini accidunt, quæ & nomini: Species, Numerus, Caſus, Genus & Figura: quæ cuiuſmodi omnia ſint, ex ijs quæ ſequuntur apertè indicabitur.

In quinq; partes pronomen ſecatur: εἰς πρωτότυπον, κτητικόν, δεικτικόν, ἀναφορικόν, καὶ σύνθετον: id eſt, in Primitiuum, Poſſeſſiuum, Demõſtratiuum, Relatiuum, & Compoſitum. De quibus ordine agentes, negotium pronominis conficiemus.

Tria ſunt pronomina primitiua terni generis, ἐγὼ, σὺ, & ὅς. Quorum hæ declinationes.

	Ntũs,	Gtũs,	Dtũs,	Actũs.
Sing.	ἐγὼ	ἐμοῦ	ἐμοὶ	ἐμὲ
Dual.	νῷ	νῷν	νῷν	νῷ
Plur.	ἡμεῖς	ἡμῶν	ἡμῖν	ἡμᾶς
Sing.	σὺ	σοῦ	σοὶ	σὲ
Dual.	σφῶ	σφῷν	σφῷν	σφώ
Plur.	ὑμεῖς	ὑμῶν	ὑμῖν	ὑμᾶς.
Sing.	ὅς	οὗ	οἷ	ἕ
Dual.	σφὲ	σφίν	σφίν	σφέ
Plur.	σφεῖς	σφῶν	σφίσι	σφάς.

Horum pronominum declinatio vt ſimpliciter proponitur, ita eſt accipienda, norit tantùm puer ab ἐγὼ ſingulares caſus κατ᾽ ἀφαίρεσιν benè receptos omnibus eſſe: μοῦ μοί μέ.

Rurſum quemadmodum in nominibus, nominatiuum & accuſatiuum duales, item genitiuum & datiuum ſimiles eſſe.

Poſtremò nominatiuum ὅς, ἄχρηστον εἶναι. His amplius quæ dicenda ſunt, ſuis locis patebunt.

Pronomina poſſeſſiua ſunt octo: ἐμός, σός, ὅς, νωίτερος, σφωίτερος, ἡμέτερος, ὑμέτερος, & σφέτερος: ita ſcilicet nũcupata, quòd per ea poſſeſſio & δεσπότεια ſignificetur: vt ὁ ἐμὸς κύων: σκύφος ὁ σός. Hæc autem ipſa cum aliunde, à primitiuis nempe, orta ſint, quid prohibet quo minus παράγωγα vocentur & deriuatiua? cum pręſertim nõ alia ratione illa vocata ſint πρωτότυπα. Poſſeſſiuorum itaq; pronominum tria prima de genitiuis ſingularib⁹ primitiuorum fiunt, υ in σ verſo, ἐμοῦ, ἐμός: σοῦ, σός: οὗ, ὅς. Duo proximè ſequentia νωίτερος & σφωίτερος, de nominatiuis dualibus νῶι, & σφῶι (à quibus nata ſunt vſurpatiora duo illa νῷ & σφῷ) addendo τερος. Duos tantum hęc notant poſſeſſores: vt κέρδος τὸ νωίτερον, hoc eſt τὸ, τε ἐμόν, καὶ τὸ σόν. Reliqua verò tria multorum κτῆμα deſignantia, de nominatiuis ἡμέες, ὑμέες, & σφέες pendent (à quibus illa nata ſunt, ἡμεῖς, ὑμεῖς, & σφεῖς) τερος conſimiliter in locũ τοῦ ες ſubſtituto.

Variãtur κτητικὰ pronomina τριγενῶς, ἐμός, ἐμή, ἐμόν. Maſculina & neutra per tertiam nominum declinationem, fœminina per ſecundam, cum huiuſmodi obſeruatiuncula: Si fœmininum in ρα deſinet, in ας genitiuus eius exibit: ἡ νωιτέρα τῆς νωιτέρας, quomodo ἡμέρα, ἡμέρας. Alioqui genitiuus in ης finit, ἡ σή, τῆς σῆς: ἐμή, ἐμῆς. Quare horum pronominum declinatio ex nominibus fit ſatis conſpicua.

Pronomina δεικτικὰ ſunt duo: οὗτος, & ἐκεῖνος: quibus in nominatiuo ſingulari ternæ ſunt ternorum generũ voces: οὗτος, αὕτη, τοῦτο: ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο. Neutrum enim tollit ν ἔσχατον: cum pro τοῦτον & ἐκεῖνον, τοῦτο dicimus & ἐκεῖνο. Alioqui per ſe-

cundam & tertiam nominum declinationem, vt κτητικὰ inflectuntur.

Ad faciliorem declinationem τοῦ οὗτος breuia hæc dabimus παρατηρήματα. In genere maſculino & fœminino τ in principio dictionis illic ſolum eſt, vbi articuli præpoſitiui eiuſdē generis τ habēt: ὁ τοῦ τῷ: οὗτος, τούτου, τούτῳ: ἡ, τῆς, τῇ: αὕτη, ταύτης, ταύτῃ. Neutrum autem in omnibus omnium numerorū caſibus τ præfixum habet, τοῦτο, τούτου: ταῦτα, τούτων: cum articulus ſit τὸ, τοῦ: τὰ, τῶν, & cætera.

Ac οὗτος vocatiuus per omnia ſimilis nominatiuo manat. Cum autem ſolius perſonæ ſecundæ ſit appellatio (nam ſi ad id quod proprium eſt attendemus, nemo vel ſeipſum, vel tertiam vocat perſonam) debuit σὺ pronomen prototypum formare vocatiuum ὦ σύ. Quem tamen extra vſum eſſe, cū ex authoribus huius linguæ, tum ex eo quod in hæc verba ſanxit grammaticorum ſenatus, apparet, κλητικὰς, inquiunt, αἱ πρωτότυποι ἀντωνυμίαι οὐκ ἔχουσι. Tādem ergo vno omnium ſcriptorum conſenſu, vt quod illic deerat hinc ſuppleretur, cautum eſt & ſancitum, vt pro ὦ σύ, ὦ οὗτος diceretur.

	Ntūs	Gtūs	Dtūs	Actūs	Vctūs.
Maſculino	οὗτος	τούτου	τούτῳ	τοῦτον	οὗτος.
	τούτω	τούτοιν	τούτοιν	τούτω	τούτω.
	οὗτοι	τούτων	τούτοις	τούτους	οὗτοι.
Fœminino	αὕτη	ταύτης	ταύτῃ	ταύτην	αὕτη.
	ταύτα	ταύταιν	ταύταιν	ταύτα	ταύτα.
	αὗται	ταύτων	ταύταις	ταύτας	αὗται.
Neutro	τοῦτο	τούτου	τούτῳ	τοῦτο	τοῦτο.
	τούτω	τούτοιν	τούτοιν	τούτω	τούτω.
	ταῦτα.	τούτων	τούτοις	ταῦτα	ταῦτα.

Plenam τοῦ ἐκείνου declinationem hîc contexere, propterea duco ſuperuacaneum, quòd tertiam nominum κλίσιν ſequitur: proinde aliò pergendum.

Relatiuum pronomen vnum eſt, ἀυτός: quod τριγενὲς & ipſum, quomodo & præcedentia duo, in neutro genere ν amittit, ἀυτὸς, ἀυτὴ, ἀυτό. Eſt pronomen hoc τριπρόσωπον, ἀυτὸς, ἐγὼ: ἀυτὸς, σὺ: ἀυτὸς, ἐκεῖνος. Quale eſt Ipſe pronomen Latinorum Græcos imitatorum.

Fœmininæ voces huius relatiui & demonſtratiui, ſolis diſſident accentibus: illic ἄυτη, hîc ἀυτὴ depingitur. Neq; huius pronominis declinationem iuuat τοῦ παντὸς deſcribere.

Trium perſonarum, trium neq; nō generum, tria ſunt pronomina compoſita. Omnia quidem illa nominatiuo caſu deſtituta, adhęc numerum ſingularem tantummodo habentia, præter id quod eſt tertiæ perſonæ: hoc enim plurali numero nequaquam ſpoliatur. Componuntur autem ab accuſatiuis primitiuorum, ἐμὲ, σὲ, ἓ, & ἀυτός: ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ. Quæ hunc in modum flectuntur:

	ἐμαυτοῦ,	ἐμαυτῷ,	ἐμαυτόν.
	ἐμαυτῆς,	ἐμαυτῇ,	ἐμαυτήν.
	ἐμαυτοῦ,	ἐμαυτῷ,	ἐμαυτό.
	Σεαυτοῦ,	σεαυτῷ,	σεαυτόν.
	σεαυτῆς,	σεαυτῇ,	σεαυτήν.
	σεαυτοῦ,	σεαυτῷ,	σεαυτό.
Sing.	ἑαυτοῦ,	ἑαυτῷ,	ἑαυτόν.
	ἑαυτῆς,	ἑαυτῇ,	ἑαυτήν.
	ἑαυτοῦ,	ἑαυτῷ,	ἑαυτό.
Plur.	ἑαυτῶν,	ἑαυτοῖς,	ἑαυτούς.
	ἑαυτῶν,	ἑαυταῖς,	ἑαυτάς.
	ἑαυτῶν,	ἑαυτοῖς,	ἑαυτά.

In duobus his συνθέτοις pronominibus σεαυτοῦ, & ἑαυτοῦ nobis quædam ſunt adnotãda. Primùm pro σεαυτοῦ vbiq; reperias σαυτοῦ, σαυτῷ, καὶ τὰ λοιπά, duabus vocalibus ε & α in vnũ α contractis.

Nec diſſimile quiddam in ἑαυτοῦ videas, in cuius locum ἀυτοῦ nuſquam non occurrit ſubrogatum, adeo vt primo conſpectu nõ temerè ſcrupus ingeratur, ſitne ἁυτοῦ ab ἀναφορικῷ ἀυτός, an verò ab hoc noſtro compoſito. Et omnino diſcriminis notula ἐν τῷ πνεύματι conſiſtit: nam qui in ἑαυτοῦ aſper fuit, idem & in ἁυτοῦ permanſit: cum ἀυτὸς ἀυτοῦ ψιλῷ deſignetur ſpiritu.

Prætermittendum neq; iſtud exiſtimarim, ἑαυτοῦ non ſolũ compoſitè numero multitudinis ſic variari ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς, ſed & diuiſim σφῶν ἀυτῶν, pro ἑαυτῶν: σφίσιν ἀυτοῖς, pro ἑαυτοῖς: σφᾶς ἀυτούς, pro ἑαυτούς. Sunt enim σφῶν, σφίσι & σφᾶς caſus plurales primitiui οὗ, quo de & ἀυτός, ἑαυτοῦ conflatum præmonuimus.

Abſolutum nobis eſſet Pronomen, quinq; nimirum partibus eius & membris abſolutis, niſi quiddam iam emergeret, nõ indignum ſanè ipſum quod referatur. Hoc illud eſt δεῖνα vox eſt, cui articulus præpoſitiuus ſolet per tria genera anteponi, ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. Flectitúrque per quintam nominum declinationem, τοῦ καὶ τῆς καὶ τοῦ δεῖνος, τῷ καὶ τῇ, καὶ τῷ δεῖνι, τὸν καὶ τὴν καὶ τὸ δεῖνα. Dictionem hanc inter nomina nõ reponendam ideo exiſtimarunt, quòd ſubſtantiam aliquam neq; propriè vt ἀινέας, neq; communiter vt στρατιώτης ſignificet. Eſt enim ὁ δεῖνα vnus aliquis quicunq; ille ſit, vel hic, vel ille. Vnde & in ὑποθέσεσιν, & caſibus fingendis, locus ipſi non eſt inuenuſtus. Quo ſanè modo Libanius vſurpauit: ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τὸν δεῖνα ἐγράψατο, id eſt, aliquis vnus, vnum aliquem crimine vno aliquo accuſauit. Hîc neq; accuſatoris, neq; accuſati, neq; intentati criminis vlla eſt expreſſio. Rurſus autẽ, cum maximè proprium ſit pronominis certam notare perſo

nam, de verbo autem hoc nulla perſonæ certitudo colligatur, ob hanc cauſam neq; pronomini aſcribendum pleriq; ſunt arbitrati. Tandem ergo ne ἄκοινον maneret, quoniam etiam pro nomine aliquo poni videtur, pronomen appellitarunt, non abſolutè quidem & ſimpliciter tale, ſed infinitũ pronomen, vt quod infinitæ & incertæ perſonæ eſſet. Habet aliàs genitiuum δεῖνατος & datiuum δεῖνατι. Aliàs eſt ἄκλιτον. Eſt & nominatiuus ὁ δεῖς, ſed qui magis ſit poëticus.

PRAEPOSITIO.

PRæpoſitio πρόθεσις appellatur, quòd ſit μέρος προτιθέμενον πάντων τῶν τοῦ λόγου μερῶν, id eſt, quòd omnib⁹ alijs partibus orationis præponatur.

Prȩponitur autẽ duobus modis: κατὰ σύνθεσιν, καὶ κατὰ σύνταξιν: ſecundum compoſitionem, & conſtructionem. Et priore modo præponitur nomini quocũ cõponitur: vt ἄλογος, διανομή. Verbo item: διαφέρω, μεταβάλλω. Participio: προτιθέμενος, ἀντιλεγόμενος, Sibi ipſi: vt συμπεριφέρω à σὺν, περὶ, & φέρω: ἀντεπεξέρχομαι, ab ἀντὶ, ἐπὶ, ἐξ & ἔρχομαι. Aduerbio: πρόχθες, ἀπορρήτως. Coniunctioni: διότι, καθότι. Poſteriore autem modo præponitur his tantum: Nomini, Pronomini, Participio, & Articulo: vt ἐξ οὗ, κατὰ γένος, περὶ ἱερευόντων, ἐν ταύτῃ.

Quandocunq; porrò κατὰ σύνταξιν præponitur, ſemper in caſum aliquem fertur, cum quo conſtruitur. Proinde partibus orationis caſibus deſtitutis hoc modo non præponitur. Promptum itaq; hinc eſt videre, præpoſitionẽ partibus nonnullis, vt nomini & participio vtroq; modo præponi: alijs verò, altero ſolùm, vt verbo & aduerbio. At cui alterutro non præponatur, nulla omnino pars eſt.

Quòd ſi forſan neq; hoc, neq; illud præpoſitioni contingere videatur, iam præpoſitionis naturam meritò eam exuiſſe reputaris. Nam apud Latinos quoq; nemo neſcit familiare eſſe, vt præpoſitiones in alias partes migrent. Veluti, Tu illi co-

ràm dicere non auderes. Et,contrà audentior ito: vbi coràm pro φανερῶς, & contrà pro ἐξεναντίας, ponuntur. Modo ſanè non diſſimili efferunt, εἴκοσι νομίσματα ἔχω, καὶ πρός: vbi πρός, per ſe poſitum,vicem tenere nominis πλέιω apparet. Et πρὸς δὲ,pro ἀλλὰ inſuper. Nihil tamen vetat in his duobus exemplis τούτοις ſubaudiri,vt ſit πρὸς τούτοις. Id quod ſi eſt,πρός tum præpoſitionem eſſe, nulli fuerit controuerſum.

Cum autem præpoſitio (vt ſaltem id ſit quod dicitur) ſuis caſibus præponi debeat,& ita planè vſuuenire ſoleat,aliquando tamen hoc ornatui conceditur, vt ſuo caſu præpoſitio anteuertatur, διονύσου μὲν πέρι, & ἠλέκτρου πέρι, pro περὶ διονύσου, περὶ ἠλέκτρου. Quorum exemplo quode,quicum, idpropter,& alia quamplurima dixere Latini.

Præpoſitiones in vniuerſum decem ſunt & octo. Quarum aliæ ſunt monoſyllabæ,aliæ verò diſyllabæ.

Generis prioris ſunt ſex: ἐν εἰς ἐξ σὺν πρὸ πρός. Ex quibus tres ſunt aliquãto diuerſius ab Atticis enuntiatę:ſcribunt enim ἐς pro εἰς, ξὺν pro σὺν,& pro πρὸς ὡς dicunt: ἐξ autẽ ξ in κ mutare, cõſonãte ſubeunte,antea docuimus:veluti, ἐκ τῶν ψευδωνύμων.

Reliquæ prępoſitiones ſunt duodecim: ἀνὰ κατὰ διὰ μετὰ παρὰ ἀντὶ ἐπὶ περὶ ἀμφὶ ἀπὸ ὑπὸ ὑπέρ. Significant præpoſitiones quotuis ſint ſyllabarum aliter atq; aliter, pro ratione δήθεν cõſtructionis:nam παρὰ κυρίου,à domino, παρὰ κυρίῳ, apud dominum:at παρὰ κύριον, ad dominum ſonat. Sed de earum tum ſignificatu, tum conſtructione (quandoquidem coniuncta hæc ſunt) in libro qui περὶ συντάξεως erit, fuſius agetur.

ADVERBIVM.

Aduerbium orationis pars eſt ἄκλιτος & ipſa, quę quoniam verbo maximè adponitur,ſuum nomen ſortita eſt ἐπίῤῥημα. Verbo autem ideo admouetur,vt ſignificationem eius explanatiorem reddat & perfectiorem. Eſt enim verborum vis & actio nonnunquam minus certa,

quamobrem adhiberi conſueuit interrogatio: vt ὁ σὸς, ὁ ἀδελφὸς ἦλθε, tuus frater venit. Ilico roges πηνίκα, πόθεν, quando? vnde? vides incertitudinem. Iam ſubde, ἦλθε σήμερον, ἐκεῖθεν, hodie, illinc, & protinus explorata tibi fiet verbi ἦλθε ſignificatio. Non abſimile erit πῶς πέπρακται τοῦτο: Qui factũ hoc eſt? σοφῶς καὶ εὐσεβῶς, ſapienter & piè: ne inſipienter & impiè tu factum eſſe putes.

Nunc nuper aduerbium definientes, diximus verbo adponi ſolere maximè: ídq; voce hoc innuente. Demus autem vt verbo potiſſimum adhæreſcat, certè non vni illi adhæreſcit: nam iuxta nomẽ & participium, poſitum ἐπίῤῥημα inuenias: vt πάνυ σπουδαῖος ἀνὴρ ὁ βουδαῖος. Budæus vir admodum ſtudioſus: ἀμέτρως χαρίεις ἐμοὶ Μελχιὼρ ὁ βολμάριος, ſupra modum gratus mihi Melchior Volmarius.

Nominibus verò rarius multò quàm participijs aduerbia iũguntur. Quandoquidem arcta vſqueadeo inter verbum & participium cognatio eſt, vt aſſerere grammatici non dubitarint, participium nihil aliud quàm verbum eſſe caſuale, id eſt caſibus præditum. Igitur quemadmodum ais ἀθορύβως διαιτῶ tranquillè viuo, & τὸν νοῦν ὅλως ἐπέχω, mẽtẽ planè intẽdo: ita dicas, τρισόλβιος ὁ κατὰ τὸν θεῖον νόμον ἀθορύβως διαιτῶν. Et δυστυχὴς ὁ τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασι τὸν νοῦν ὅλως ἐπέχων.

Latini Græcis inferiores numero partium orationis (ipſis etenim articulus deeſt) vt eos aliqua ratione æquarent, nouam ſibi commenti ſunt partem orationis, Interiectionem. Quam ab Aduerbio fortaſſis ideo voluerunt ſecretam, quòd non, vt Aduerbium verbo adplicetur: ſed ipſa per ſe motum animi plenariè demonſtret: vt atat, timidum animum, ha ha he gaudij plenum. Hoc autem ſi eos mouit, quare tandem, ecce, eia, heus, & huiuſmodi alia quæ aduerbia dixerunt, interiectioni non adiudicarunt? præſertim ſcilicet cum & hæc ipſa ſine verbo nos animum demonſtrandi, excitandi & vocandi habere inſinuent. Si prodendo mentis affectui Inter-

iectio aptiſſima eſt, quantam ipſi affinitatem eſſe fatebimur, cum Aduerbio, quod vim & ſignificatum verbi, vnde ſenſus potiſſimum pendet, explicat? Concedamus ingenuè de Græcis Aduerbio mixtam iurè eſſe Interiectionem. Veruntamē ita, vt ſine vlla inuidia, noſtris Latinis liceat haud ingrata ſua frui ſubtilitate.

Aduerbio adſignantur παρεπόμενα duo, Species & Figura: Species eſt primitiua, vt νῦν: & deriuatiua, vt ἀληθῶς ab ἀληθής.

Figura ſimplex eſt, vt πάλαι: & compoſita, vt προπάλαι.

Significationes aduerbiorum penè ſunt innumeræ, facillimæ tamen omnes, & paſſim obuię. Quare de illis ambitioſius tractare animus non eſt. Hinc quod aberit, de quotidiana lectione cuiuis expeditum eſt comparare.

Imprimis aduerbia ſunt χρόνου δηλωτικά, tempus notantia: vt χθὲς, σήμερον, αὔριον, πρωὶ, ἑσπέρας, νῦν, ἤδη, ἄρτι, αὐτίκα, ἔπειτα: heri, hodie, cras, mane, veſperi, nunc, iam, nuper, ſtatim, poſtea.

Deinde τόπου σημαντικά, locum ſignificantia: ἐνθαῦτα, αὐτοῦ, εἴσω, ἔξω, ἄνω, κάτω, ἔμπροσθεν, ὄπισθεν, ἐγγὺς, πόῤῥω, ἔνθεν, δεῦρο, ἐκδεξιῶν, ἐξαριστερῶν: hîc, illic, intro, foras, ſuprà, infrà, antè, retro, prope, procul, inde, huc, dextrorſum, ſiniſtrorſum.

Ἐν τοῖς δὲ τοῖς τοπικοῖς obſeruandum hoc fuerit, quæ aduerbia quid in loco fieri ſignant, in σι ferè vel θι deſinunt: οὐρανόθι, in cœlo, ἀθήνησι Athenis: De loco, in θεν: οἴκοθεν, ὕπερθεν, οὐρανόθεν: domo, ſupernè, cælitus: Ad locum verò in δε, σε, ζε: οἴκαδε domum, ἐκεῖσε ſeu αὐτόσε illuc, ἀθήναζε Athenas.

Et ποιότητος, id eſt qualitatis: vt εὖ, καλῶς, ἡδέως, σοφῶς, ὡραίως: bene, pulchrè, ſuauiter, ſapienter, tēpeſtiuè. Hęc à pleriſq; μεσότητος quoq;, quaſi medietatis dicas, appellātur. Autꝙ per ea nos medias & cōes exprimimus qualitates: vt κακῶς,

αἰσχρῶς, λιπαρῶς, ἀνοήτως ἀκαίρως: quæ aduerbia ſuperiorũ qualitatibus contrarias habent qualitates. Aut verò (quod & pluribus eſt probatius) ideo talia vocantur, quòd fiant de genitiuis pluralibus in ων, ν in σ verſo: εὐτόλμως, ab εὐτόλμων: μουσικῶς, à μουσικῶν. Nam vt verbum quod cum actiuo & paſſiuo communem habet ſignificationem, medium appellamus: ita & genitiuum pluralem, quoniam omnium declinationum communis eſt (omnes enim omnium generum declinationes hunc caſum in ων mittunt) poſſis nõ ab re μέσον vocitare: quare & quæ de eo reſultant aduerbia, μεσότητος ἐπιῤῥήματα nuncupare.

Sequuntur ποσότητος quantitatis: μικρόν, ὀλίγον: modicũm, parum. Sub quibus aduerbia cõprehendunt ἀριθμητικά, ἅπαξ, δὶς, τρὶς, τετράκις, δεκάκις: ſemel, bis, ter, quater, decies.

Adijciantur ἀόριστα, quæ præcedentes omnes includunt ſignificationes, ſed indefinitè: vt ὁποτεοῦν quandocunq;, ὁπόθεν vndecunq;, ὁπωσοῦν quomodocunq;, ὁποσονοῦν quantũcunq;, πολλάκις, ſæpenumero.

Rurſum aduerbia ſunt ἀθροίσεως congregandi: vt ἅμα, ὁμοῦ, συλλήβδην, ἀθρόως, βοτρυδόν, ἀγεληδόν: ſimul, vnà, cõprehẽſim, cõfertim, racematim, hoc eſt, dẽſè & ſpiſſè ad inſtar βότρυος, vbi acinus acino cohæret. Quomodo ἀγεληδόν gregatim, & quod in modum ἀγέλης coherenter & iunctim ſe habet.

His opponuntur τὰ διαιρέσεως, diductionis & diuiſionis: χωρὶς ſeparatim ſeorſim, διχῆ diuiſim.

Iam adde ἐξαιρέσεως ſelectionis atq; exceptionis: πλὴν præter, ἄνευ ſine.

Preterea παρακελεύσεως, hortamenti & excitationis: vt εἶα, ἄγε, ἄγετε, εὖγε, φέρε: eia, age, agite, euge, age. Amplius his τάξεως, ordinis: ἑξῆς, ἐφεξῆς: deinde, deinceps.

Aduerbia inſuper ὁμοιώσεως, ſimilitudinis: ὡς, καθά: quibus περ, addi conſueuit: ὥσπερ, καθάπερ, ὥστε, οὕτως, ἤ: tanquam, ſicut, quemadmodum, ſicut vti, ſic velut.

Subdantur quæ σύγκρισιν habẽt, id eſt collationem & comparationem: μᾶλλον, πλέον, ἧττον: magis, plus, minus.

Adhæc quæ ἐπίτασιν intenſionem: ἄγαν, σφόδρα, μάλιστα, πάνυ: valde, vehementer, maximè, impenſè.

Prodeunt aliunde τὰ ἀνέσεως remiſſionis: ἠρέμα, μόγις, quod eſt & μόλις, ſenſim, vix.

Item βεβαιώσεως, confirmationis: ναὶ, πάντως, ὄντως, ἦ: næ, omnino, reuera, indubiè.

Locus hic non incommodè ſtatuatur τοῖς ἐξηγηματικοῖς explanatiuis, & explicationis gratia adhiberi ſolitis: vt δηλαδὴ, δηλονότι, ἤγουν, οἷον, τουτέστι: nimirũ, nẽpe, videlicet, vt, hoc eſt.

Deinceps κατωμόσεως, iurãdi: νὴ; Ac ἀπομώσεως abiurãdi μά. Per illa iureiurando affirmamus, νὴ Δία per Iouem: per hęc autẽ negamus, μὰ Δία, nõ per Iouẽ. Tametſi eſt vbi μὰ affirmet.

Superioribus accedant ὀργανικὰ, quæ partes organicas & inſtrumentales innuunt: ὀδὰξ, λὰξ, κατωμαδὸν: mordicus, calcibus, humeris.

Hoc amplius ἐθνικὰ, gentilia: ἑβραϊστὶ, ἑλληνιστὶ, λατινιστὶ, γαλλιστὶ, βιτουριστὶ, τουρωνιστὶ, λεμοβιστὶ, ἀλβερνιστί: Hebraicè, Gręcè, Latinè, Gallicè, Bituricè, Turonicè, Lemouicè, Aluernicè.

Vocentur huc τὰ περὶ εὐχῆς optationis & deſiderij: vt εἴθε, ὄφελον: vtinam, oſi.

Sed & ἀρνήσεως negationis: οὐ, οὐχὶ, οὔχουν: quæ tria ſignificant non, οὔτε, vel οὐδὲ, neq;: οὐδαμῶς, nullo pacto.

Proxima ſunt ἀπαγορεύσεως, prohibitionis: μὴ, ne.

Tũ ἐρωτηματικὰ, ἤτοι πευστικὰ, interrogatiua, ſeu percõtatiua: πόθεν, ποῖ, ποῦ, πηνίκα, πῶς: vnde, quo, vbi, quãdo, quomodo.

Colloca iã δεικτικὰ, demõſtratiua: ἰδοὺ, ἠνὶ, ὧδε: ecce, en, huc.

Pòſt, τυχαῖα, caſualia, & euentum fortuitum ſignificantia: τυχὸν, τυχικῶς: fortè, fortuitò.

Inde μοναστικὰ, quę excluſionis nuncupes vel ſolitudinis: μονωτί, ſolitariè: μόνον, demum, ſolùm: μοναχοῦ, tantummodo.

Adſcribantur τὰ κλήσεως, vocandi: ὦ ô.

Secundùm illa ſunto εἰκασμοῦ, coniecturæ, & dubitationis: ἴσως, τάχα: forſan, fortaſſis.

Ἀλλοιώσεως quoq; diuerſitatis: ἄλλως, quod & ἄλλωσι dicitur: ſecus, aliter.

Pertinent huc ea, quibus finẽ nõ ſortita ſuum res oſtẽditur, ſi lubet ἀτελεύτητα nominentur, ſiue ἐλλιπῆ, defectuoſa, & imꝑfecta: σχεδὸν, ꝓpemodũ: μονονοὺ ſeu μονονουχί, tãtũ nõ, ferè, q̃ſi.

Adhibe θαυμαστικὰ, admiratiua: βαβαί, papæ: Ac σχετλιαστικὰ, lugubria & lamentatoria: οὐαί, væ: ἰού, hei: οἴμοι, hei mihi.

Ἐκπληκτικάq; perculſiua, & ĩcuſſũ terrorẽ indicãtia: ἡράκλεις, Hercules. Quibꝰ admoueas ἐνθεαστικὰ, fanatica, hoc eſt ἐνθουσιαζόντων, & numine afflatorũ: vt Bacchãtiũ, εὐοῖ, euæ. fuit enĩ, vti Lucianus ait, hęc vox Baccho ſacra faciẽtiũ: propterea διὰ τὸ εἴκαζον καλεῖσθαι αὐτῷ τὸν δεσπότην. Idem ſonat εὐάν euan.

Poſtremò eſt aduerbiorũ Latinis inaudita ſpecies, ea appellantur θετικὰ, poſitiua: nã ea poſt deliberationẽ aliquid ponũt, γραπτέον, λεκτέον, ἀναγνωστέον: ſcribendũ, dicendũ, legẽdum eſt. Exponũtur autẽ per verba δεῖ vel χρὴ, & infinitũ illius verbi vnde emanarunt: δεῖ γράφειν, λέγειν, ἀναγινώσκειν. Apparet formari illa poſſe, de tertia perſona pręteriti perfecti Indicatiui paſſiui, omni ſublato incremento, αι, finali ſyllaba in ε mutata, cui ον apponetur: γέγραπται γραπτέον: ἔψαλται, ψαλτέον: πέφρασται, φραστέον. Quòd ſi perſona illa paſſiua nõ fuerit, per ἀναλογίαν, & pręſcriptas regulas fingenda erit. A πλέω igitur nauigo, tertia illa perſona fiet πέπλευσται: vnde πλευστέον, nauigandũ eſt: à σιτέω edo, veſcor, σεσίτηται: hinc σιτητέον, edendum, veſcendũ eſt. Huiꝰ aduerbij ſignificãtia vt tibi breuiter ſit explorata, reſpõdet planè illi participialium Latinorũ generi, quod in ntõ & actõ genere tãtùm neutro per dum exit: vt in his, viuendum eſt rectè: &, Malo proſerpẽti puto eſſe properè occurrendum.

Sed de aduerbijs ego hactenus ſatis ſupérque ſatis dictum arbitror. Quòd ſi de nobis hoc poſtulet quis, vt eas voces prodamus, quibus exultãtes, timore, gaudióve affecti, itémq;

illudentes, vti ſolemus, certè vel hoc nomine laborem illum ipſe ſuperfluum cenſeam, quòd alij alijs vtãtur, & nouas, pro ſuo quiſq; arbitratu, ſubinde comminiſcantur. Deinde quòd ex ipſa re & argumento illa cuiuſmodi ſint, promptiſſimum ſit cognoſcere. Finis itaq; iam fuerit, vbi huius vnius rei nos commonefecerimus, eandem huius partis dictionem poſſe, pro ratione ſcilicet contemplationis & cõſiderationis, ſignificatus nanciſci diuerſos. Si βραδέως quatenus à genitiuo plurali βραδέων deducitur, ſpectaris, ποιότητος aduerbium dicas. At in eo lentitudinem eſſe perpende & remiſſionem, haud iniuria ἀνέσεως ἐπίῤῥημα iudicaris: κυνηδὸν non ex formatione μέσον eſt aduerbium, ſed ex ſignificatione: κυνηκῶς autem vtroq; modo eſt: ποταμηδὸν & ἀγεληδὸν, ſimilitudinis eſſe poſſunt, interpretamur enim ad inſtar & ſimilitudinem fluuij & gregis. Niſi nouæ alicuius ſpeciei eſſe velis, nempe ἀφθονίας, vbertatis & copiæ. Ad quam illa omnia referas, ἀποχρῶς ſufficienter, ἱκανῶς ſatis, ἀφθόνως abundè. Quæ alia forma prius ſunt accepta: ἐνθάδε & ἐκεῖ temporis ſunt aduerbia: at eadem δεικτικῶς enuntia, & iam δεικτικὰ eſſe quid prohibeat? Sic ὦ modò à vocantibus, modò ab admirantibus videbis vſurpatum.

CONIVNCTIO.

TAndem ergo ad Coniunctionem partium orationis vltimam venimus, indeclinabilem quoque ipſam, & in hoc ſolùm factam, vt ſententiæ per eam ſententijs, & clauſulæ connecterẽtur clauſulis. Omnino enim quomodo capſarum & menſarum diſſipatæ partes, ſolutæq; non prius capſas referunt aut menſas, quàm ſubſcudibus & glutino probè fuerint colligatæ: ita ſanè ſi de quamlibet compta oratione (quę de partib9 ſuis, quãtulæcũq; illę ſint, cõſtare debet) Cõiũctionis nexũ expũxeris, ſimul eius vniuerſã ſpeciẽ,

ac venuſtatem videris ſublatam. Planéque non aliud huiuſmodi oratio fuerit, quàm quod prouerbiolo dici cõſueuit, Scopæ ſolutæ. Minutulum dabo exemplum & familiare: μυῖα πίνει τὸ αἷματος καὶ γάλακτος, muſca bibit ſanguinẽ & lac. Tolle συνδεσμὸν, & an nõ ingens reſultura ſit abſurditas, diſpice.

Coniunctioni σχῆμα accidit: nam coniunctionum aliæ ſunt ſimplices: vt ἐπεὶ, aliæ compoſitæ, ἐπειδὴ.

Multę ſunt ſpecies coniunctionum. Principio ſunt συμπλεκτικοὶ, copulatiuæ: vt καὶ, δὲ, ἰδὲ, ἀτὰρ: &, autem, atq;, verùm.

Per has nos ea nectimus, quæ coniuncta ſignificare volumus: cum dico ἀνὴρ πλούσιος καὶ καλός, duo, intercedente coniunctione, homini attribuo, diuitias & formam.

Copulatiuis apponuntur αἱ διαζευκτικοὶ, diſiunctiuæ appellatæ, vocabulo ſanè quod prima fronte coniunctioni parũ conuenire videatur: nam vlláne vox coniungat quæ diſiungit? Atqui apparens ſolùm, non vera eſt repugnãtia. Quandoquidem diſiunctiuæ, verba quidem coniungunt & ſentẽtias, ſed ex ijs alterum tãtum modo affirmant, & ponunt: non autem vtrũq;, vt copulatiuæ. Diſiunctiuæ ſunt, ἢ, ἤτοι, ἠέ: vt Νικόλεως ἢ γράφει, ἢ ψάλλει. Duo hæc, ſcriptura ſcilicet & cantus Nicolao ſimul non tribuuntur, ſed alterutrum. Tantum enim ſcribat, vel cantillet, vera nihiloſecius fuerit oratio. Eſt tamen vbi iã datæ ſpecies duæ priorem orationis partem ἀνακρεμάζουσι, vnde & ſuſpenſiuæ quibuſdam nuncupatæ: & tunc eiuſdem ſpeciei alia expectatur coniunctio: ὁμοπατρίζουσι, καὶ ὁμοδίαιτος, & σὺ ἐν πολέμῳ χρὴ μένοντα ἢ νικᾶν, ἢ ἀποθανεῖν.

Dein ſunt συλλογιστικοὶ, collectiuæ ſeu rationales, vt nonnullis vocare eas viſum eſt: ἀλλὰ, ἀλλάμην, δὲ, ἄρα, οὖν, τοίνυν, τοιγαροῦν: ſed, atqui, autem, igitur, itaque, ideo, proinde. His nos vtimur aliud ex alio colligentes, & inferentes: nam συλλογίζειν ratiocinari eſt, & ratione ſubducta concludere. Si omnes noſtræ orationes eiuſmodi eſſent, vt demonſtratione nõ indigerent, quales hæ ſunt, Vnum & vnũ faciunt duo.

&, Primum eſt quod nihil anteit (cui enim tantum eſt ſtuporis de his vt ambigat?) nobis non eſſet ratiocinatione opus. Verùm pleraſque id genus eſſe videas, vt non niſi ex alijs orationibus adductis, perſuadeātur, fiántq; credibiles. Quę cū̃ occurrunt, ad συλλογιστικὴν ἀπόδειξιν nobis protinus eſt cōfugiendum. Hinc philoſophi Stoici cū̃ probare vellēt, neq; diuitias, neq; ſanitatē bona eſſe, id quod ꝑfecto nō cuiuis facias ſtatim probabile, argumentatione hac vtebantur: ᾧ ἔστιν εὖ καὶ κακῶς χρῆσθαι, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· πλούτῳ δὲ καὶ ὑγιείᾳ ἔστιν εὖ καὶ κακῶς χρῆσθαι, οὐκ ἄρα ἀγαθὸν πλοῦτος καὶ ὑγίεια. Quo & bene, & male vti licet, bonum dici non meretur: atqui diuitijs & proſpera valetudine bene licet ac malè vti, non ſunt igitur diuitiæ & ſanitas, bonum.

Nuncupantur aliæ συναπτικοὶ continuatiuæ: εἰ ſi, & inde cōpoſitæ εἴπερ, εἰδὴ, εἰδήπερ, ſiquidem. Quæ omnes conſequentiam ſignificant, cæterum ita, vt ſenſus relinquatur imperfectus: vt εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψον. Si caſeum haberem, opſonium non deſiderarem. Sentis ἀκολουθίαν poſt illa ſi caſum haberem, aliquid enim adhuc expectas: nempe opſonium nō deſiderarem: eo tamen ſubiuncto, imperfecta nihiloſecius manet oratio. Quam ita perficias, caſeum autem non habeo, opſonium igitur peto.

Speciei continuatiuæ παρασυναπτικὴ ſubcontinuatiua ſolet ſubijci: vt ἐπείπερ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ: quandoquidem, poſteaquam. Quæ à συναπτικῷ differt hoc vno, quòd ὕπαρξιν: id eſt, ſubſiſtētiam ſignificet, ſentētiámq; claudat abſolutè: vt, ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν θείων πραγμάτων, ἔδοξε κἀμοὶ περὶ τούτων πρός σε γράψαι. Quandoquidem de rebus diuinis narrationem texere complures ſunt conati, viſum proinde & mihi eſt, de his ad te ſcribere.

Poſtponuntur αἰτιολογικαὶ, cauſales, per quas præcedentium cauſam ſubſtituimus: γὰρ, enim: ὅτι, διότι, καθότι, quoniam. Rogāti enim, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστι, quare palleſcit aurū̃?

cum Diogene cauſam adferas, ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας, quòd multos habeat inſidiatores.

Sunt qui velint ſubcontinuatiuas, ſi ſecundo loco ponãtur, à cauſalibus nullo diſcrimine ſeparari, rei enim præcedentis cauſam adferre videri: ita, ἔδοξέ μοι περὶ τῶν θείων πραγμάτων συγγράψαι, ἐπειδήπερ πολλοὶ περὶ τούτων διήγησιν ἀνατάξασθαι ἐπεχείρησαν. Quibus me hercule ego magnopere nõ refragabor, propterea quòd ſi in locum τοῦ ἐπειδήπερ, ὅτι, cooptaris, ἔννοιαν cognoueris eandem.

Adde τελικὰς finales, & finẽ rerum ſpectantes: ἵνα, ὅπως, ὡς: vt & ἕνεκα, quod per nomen cauſa, exprimi ſolet: πρέσβευον πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς ἂν δήποτε τὴν πατρίδα ἐλευθερώσῃς. Regem nomine legationis adi. Quòd ſi percõtabere, cui rei? aut quis ſit legationis futurus finis? actutum reſponde, vt aliquando tandem ſeruitute patriam liberes.

Adhibe δυνητικοὺς potentiales, quæ faciunt vt verba quibus adhæreſcunt, per poſſum, explicentur, nonnunquam etiam per volo, vel debeo. Sed primum eſt frequentiſſimum: quare & ab eo nomẽ habent, ἐπειδὴ ἁπάντων σχεδὸν τῶν βίων ἤδη ἐπειράθης, λέγοις ἂν σαφῶς τὰ τῶν πλουσίων, καὶ τὰ τῶν πτωχῶν. Quandoquidem omnia propemodum vitæ genera es expertus, & quę diuitum, & quæ pauperum conditio ſit, probè dicas, id eſt, dicere poſſis, εἰ ταῦτα, ὥσγε φῄς, ἐμοὶ ἦν, οἴει χρημάτων ἕνεκα, πόνον ἡμᾶς τοσοῦτον ὑποφέρειν ἄν? Quòd ſi, vt ipſe narras, mihi hæc eſſent, pũtas pecuniarum gratia ego tantum laboris ferrem? id eſt ferre vellem: διὰ τί ταῦτα ἂν ποιήσειας, οὐχ ὁρῶ. Hæc cur facias, id eſt facere debeas, non video.

Sunto hîc ὁριστικοί, definitiuæ, definiunt enim & explicant verbum quod prę it: φησὶν ὁ Ἕρμιππος, ὅτι Ξενοκράτης σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς: Hermippus ait, quòd Academicæ ſcholæ præfectus fuerit Zenocrates.

Pòſt ἀπορηματικοὶ dubitatiuæ, ἆρα, μή, μῶν: an, nécne: vt ſi quæſtio oriatur huiuſmodi: ἆρ᾽ οὖν ἡδονὴ μόνη τῆς ἀρετῆς ἐκ,

virtutis voluptas ſola ſit nécne. Tempeſtiuiſſimè vſurpantur, quando non pro certo affirmamus quod attulimus & cenſuimus, ſed legentis & audiētis relinquimus iudicio, perplexa nimirum lectione. vt explicaturus hoc verbum ἀπειρόκακος ſi dicas, τῶν κακῶν ἄπειρος καὶ ἄγευστος, ἤτοι ἄγνωστος: malorum expers & vacuus, minimè malus. Subiungas autem ilicò μὴ δὲ ἐνταῦθα ἀπειρόκακος λέγεται ἀπείρων, τουτέστι μεγάλων, καὶ ἀπειρίτων κακῶν: ſummè malus, nam ἄπειρος aliquando dicitur διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν, μήτε πέρας ἔχειν, immenſus, infinitus.

Sequuntur ἐπιλεκτικοὶ electiuæ, per quas ex duobus propoſitis & oblatis quod pręferimus, oſtēdimus: ἡ δέσποτις ἢ ὁ δεσπότης ἡδύτερος: domina, quàm dominus iucundior. τοὺς παῖδας, ἢ τὰς βίβλους μᾶλλον ἀσπάζομαι, liberos quàm libros magis amplector. Ab alijs vocantur διακριτικοὶ ſecretiuæ, quòd inter ſecretas & ſeparatas res ponātur: βροτὸς οὐδὲν ἄλλο χεδὸν ἢ βρότος: homo aliud penè nihil q̃ ſanies. τί ἂν ἄλλο παιδία ἢ παιδιά, pueri quid aliud quàm ludus?

Iam ἐναντιωματικοί, aduerſatiuæ: καίτοι, tametſi: εἰ καὶ, etſi: καίπερ, quāuis: ἔμπης, tamen: ὅμως δὲ, nihilominus: ἀλλ' ὅμως veruntamen. Rei congruæ & conuenienti per has aduerſamur: καίπερ τὴν ἐσθῆτα φιλόσοφος φαίνεται, ἀνὴρ μέντοι κάκιστός ἐστι. Etiam ſi de veſte philoſophus apparet, peſſimus tamen vir eſt. Par enim eſt, vt qui veſtimento aliquid tribuit, mores induat illi reſpondentes. εἰ καὶ λέξοι ὁ Κάτων, ἀπιθανόν μέντοι, ἐμοίγε, δοκεῖ. Dixerit etiā ipſe Cato, nō tamen, mihi certè, ſit veriſimile.

Ἐλαττωτικοὺς addunt extenuatiuas, quod latius ſe profert, reſtringunt: quódque minus eſt, dignum eſſe quod concedatur indicant: γε, γοῦν, δὲ, cum οὐ, οὐδὲ: ſaltem, certè, ne quidem. μέτριον σε πάραγε, εἰ καὶ μὴ πάντα χρόνον, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως: modeſtum te præbe, quòd ſi non omne tempus, ſaltem ad iudicium vſq;: εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε. Si non totū, partem certè. εἰ μηδὲν ἄλλο, τοὔνομα γοῦν ἔχει. Si nihil aliud, ſaltem habet nomen. οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δέδωκεν: ne allij quidem caput dedit. Sic

μηδὲ ὁλ͂ως οὖν ἐφθέγξατο:ne tantillum quidem loquutus eſt.

Adnumerantur παραπληρωματικοὶ expletiuæ, quæ dictionibus vel additæ vel detractæ nihilo plus efficiunt. A poëtis autem metri, ab oratoribus ornatus gratia inſeri conſueuerunt, ne eas protſus otioſas imaginere. Atque nullam eſſe linguam, quæ huiuſmodi voculas non habeat, ſi quis attentius animaduertat, exiſtimē. Tales igitur Græcis ſunt, δὴ, ῥὰ πῶς, ποῦ, ποὺ, γε, οὖν, περ. vt ἄλλοι μὲν ῥὰ θεοί, pro ἄλλοι μὲν θεοί. &, ἀλλὰ δὴ καὶ, pro ἀλλὰ καὶ: πένης μὲν, ὁ πονηρὸς δέ γε. item, ἔλεγον δὲ που, pro ἔλεγον δὲ.

Deniq; & μεταβατικοὺς eſſe nō perperam fortaſſis exiſtimes. quarum vſus eſt, quando à re in rem trāſitur: & facta factis adglutinamus, veluti quum Herodianus ſcribit, cæſo à militibus Romanis Pertinace, promercale imperium fuiſſe, concluſos muro milites expectare, qui ſibi auctionatu compararet, illa omnia poſtquā Iuliano expoſita ſcripſit, ita infit: πείθουσιν οὖν αὐτὸν ἥτε γυνὴ, καὶ ἡ θυγάτηρ, καὶ τὸ τῶν παρασίτων πλῆθος ἀναθοροῦντα τοῦ σκίμποδος δραμεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος. Perſuadent igitur illi vxor & filia, neque non paraſitorum turba, vt relicta menſa ad muros feſtinet. Et poſtmodum hinc digreſſus, ait: ἐπεὶ τοίνυν τῷ τείχει προσῆλθεν, ἐβόα, πάντα δώσειν ὅσα βούλονται, ὑπισχνούμενος. Igitur vbi ad muros acceſſit, ſublato clamore, ſe, quæcūq; vellent illi, daturum pollicebatur. Ecce οὖν & τοίνυν quæ paulò antè vim illationis habere dicebantur, iam inferre nihil apparent, tātùm rei geſtę, rem geſtam cōnectunt. At ecce & aliud, de Coniunctione poſſe non diſſimile adſtrui, quod eſt de Aduerbio pronuntiatum: πολλοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ πολλῶν τρόπων λέγεσθαι, cum ſcilicet aliàs γοῦν μειωτικὸς, aliàs verò ſit παραπληρωματικός. cuius ſanè modi aliquando eſt, ἄν, alioqui δυνητικός: & ἀλλὰ modò συμπλεκτικὸς, modò autem συλλογιστικός. Hîc aliquantulum reſpirabimus.

LIBER SEPTIMVS.

ANtea de literis, ſyllabis, accentu, nomine & verbo, déq; reliquis partibus orationis ſummiſſè quidem, atq;, vti ego ſpero, nõ obſcurè diſputauimus, haud immemores nimirum præclarę illius Græcorũ ſententiæ, ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐν καιρῷ δοθὲν, nõ omnia ſtatim protulimus: pars eſt communicata, pars ad tempus celata. Quis hominum neſcit, fieri non poſſe, nec ſi fieri etiam poſſet, minime tamẽ expedire, vt omnia omni in loco, omníq; tẽpore tradãtur? Rurſum non à quibuſlibet quæuis petenda? Quod, ſi vſquam alibi, in docendo mehercle momentum habet præcipuum. Proinde ne nos grauem iuxta ac dãnoſam ingeniolis ingereremus confuſionem & perturbationẽ, permulta illic de induſtria prætermiſimus: pleraq; ἁπλῶς minúſq; ſeuerè diſcuſſimus, quæ ita nobis deinceps reuocabuntur, vt breuitati iucundæ ſua non ſit defutura facilitas.

LITERAE.

REm altius repetituris literæ non ſunt faſtidiẽdæ. nam quantũlibet humiles videantur & abiectę, rei tamen totius futuræ neceſſarium ſunt ſeminarium.

Tripartitò diuiduntur vocales, εἰς φωνήεντα μακρὰ, βραχέα, & δίχρονα: in longas, breues, & ancipites. Et hæc prima ſectionis portio. Secunda fuit εἰς μεταβολικὰ, καὶ ἀμετάβολα: in mutabiles & in immutabiles. Vltima in προτακτικὰ καὶ ὑποτακτικὰ, præpoſitiuas & poſtpoſitiuas.

Conſtitutionem porrò τῶν διφθόγγων daturis nobis, nõ minus neceſſum fuit, quàm commodum & appoſitum, poſtremam hanc diuiſionis partem expendere, queãdmodum & verborũ incrementa docturis, quæ mutationi obnoxiæ eſſent, & quæ

minus,demonſtrare. Sola igitur ea pars,quæ primariæ diuiſio-nis caput erat, in hunc vſq; locum eſt prorogata. Qua de verba facere ſi etiamnum cũctabimur,periculum eſt,ne noſtram ceſſationem,cõtemptum ſui interpretantes, acri in nos vociferatione inuehantur.ac ne quid erres,prõptum erit illis & facilè,vt quæ vocales dicantur,& ſint. Quare agè proferantur.

VOCALES.

De ſeptem ergo vocalibus, duas diximus breues: ε & ο, ídque nominis ſortitas eas,propterea quòd apud poëtas(quibus corripiendi,& producendi cura incumbit potiſſima)tantę,id eſt breues perpetuò notentur. Longas totidem poſuimus η & ω, quoniam apud eoſdem protractæ ſemper legantur: ſi modo aliter eas ipſi non vſurparint iure ſuo, quo illis conceditur,ex longis breues, ex breuibus longas facere. Deniq; ancipitis quãtitatis tres: α ι υ,quæ interim correptè, interim protenſè efferri ſciuntur.

De vocalibus ita ſimpliciter loqui licet, verùm ſi iuuat eos audire qui vocalium naturam ἀκριβέστερον,penitiúſq; ſunt ſcrutati,rem fortaſſe fecerimus non pœnitendam. Tradiderũt ergo illi Græcorum antiquiſſimos numerum vocalium eo qui nunc eſt habuiſſe conſtrictiorem:quinq; enim ſolùm illis fuiſſe,mutabilíſque eas omnes quantitatis: α ε ο ι υ. Quapropter ε & ο longas vocales eſſe innuere volentes, geminabãt: τύπτοο, ἕλλεεν:pro eo quod iam ſcribitur τύπτω,ἕλλην. Tãdem ſuæ ſcripturæ moleſtioris & abſurdioris eos cũ tædere incepiſſet, aliã ipſi vt breuiorem,ita & gratiorem excogitarunt, duobus εε in vnam literam conflatis, vim & extẽſionem τ͂ εε quæ referret. Duos tractus obliquos quibus τ͂ ε conſtituitur,ſoluerunt. cc, & eorum obliquitatem ita in rectitudinem verterũt, vt alter ductus alteri deorſum tẽdenti iunctus, dextrorſum ſpectaret ⊢: de altero ε idem fecerunt,niſi quòd trãſuerſa linea ſiniſtrorſum ferebatur ⊣. Poſtremò autem ex vtroq; iuncto literã pro-

crearunt η. At ω ex duobus οο in vnum adductis facile fuit cõficere. Manſerunt igitur ε ο breues, η verò & ω longę. De tribus alijs α ι υ quid? antiquum adhuc obtinent, ποσότητοςque ambiguæ eſſe perſeuerant.

Enimuero tibi eſt etiam etiámque videndum, ne ancipites has tres ſolutæ vſqueadeo licentioſæque quantitatis eſſe exiſtimes, vt pro cuiuſuis arbitrio contrahantur, vel producantur: quandoquidem τῶ μετρικῶν authoritate, & regulis coarctantur grammaticorum, adeo vt liberum non ſit, quas perpetuò breues eſſe obſeruaris, producere: nec longas vbique deprehenſas, corripere. Quantæ inuentæ, tantæ ſunt accipiendæ. Quod dico ſic accipe: Cauerunt οἱ γραμματικοὶ, vt indefinitum poſterius verbi actiui penultimam corriperet. Tu igitur α quod eſt in ἔδραπον, ι quod eſt in ἔλιπον, υ quod eſt in ἔφυγον, compelleris breuiare. Iam in τίω ι, in μῦθος υ ſemper producunt, producas & tu eſt neceſſum. Contrà in ἴουλον, & ὕδωρ eaſdem vocales mirè inconſtanter variant, ergo pro tuo arbitratu variare ne formidato.

DIPHTHONGI.

Scitum eſt iam ſatis, diphthõgos ſex eſſe proprias: αι αυ ει ευ οι ου. Improprias totidẽ, ᾳ ῃ ῳ ηυ ωυ & υι. Poſſit quæri, cur ſint his nominibus appellatæ? Proprias certè nuncupari propterea apparet, quòd vnica enũtiatione duarum vocum ſonum edant, & ab eo diuerſum, quem alterutra vocaliũ δίφθογγον facientium, gigneret ſeparata. Nam ex improprijs, tres ᾳ ῃ ῳ haud aliter proferri exaudiuntur, quàm ſi vna vocalis foret. Deinde quæ ſunt propriæ, ex alijs diphthongis non ſunt, nec in earum ſubrogatæ locum, id quod improprijs accidit, cum ᾔρεον ab αἱρέω, ᾤκεον ab οἰκέω, ηυ ab αυ, vel ευ ſit: αὐλέω ηὔλεον: εὕδω, ηὗδον. Solis Ionibus ωυ datur, pro ὁ αὐτὸς, ὡυτὸς dicentibus: & θωῦμα, pro θαῦμα. Iam υι præterquam quòd inſolẽtem ſonum habet & hiulcum, non componitur præterea ex

tarum diſcrimen notetur aliquantum : Sonus, ſi intelligibilis vllus, vltimus eſt. Id de metallis, & fidibus pulſatis cognitu nõ eſt difficile. Vocales vt ſonoræ ſunt, & felici quadam ἐυφωνίᾳ præditæ, in extremis dictionibus poſitæ inueniuntur omnes. vt μοῦσα, τύπτε, καλοῖο, μέλι, ποίνη, πολέω, ἡδύ. Hoc non omnes, ſed plæręque tantummodo faciunt ſemiuocales: θώραξ, φλέψ, ἀγὼν, χεὶρ, κλέις. At mutis quæ claudantur voces nullæ omnino ſunt. (Nam δανιὴλ, ἀδὰμ, ἰακὼβ, ἰωσήφ, Hebræa nomina ſunt: quæ tamen in Græcam poſſunt tranſire declinationem: δανιῆλος, ἄδαμος, ἰώσηφος, ἰάκωβος : in Latinam dein: Danielus, Adamus, Ioſephus, Iacobus.) Ad rem igitur vt redeamus, poſteaquam dictiones poſſunt in fine habere vocales omneis, ſemiuocales multas, mutas autem nullas, non temerè vel hinc à voce literas diſtingui poſſe & ſeparari cõſtiterit.

Diuiduntur ἡμίφωνα in διπλὰ καὶ ἀμετάβολα. Duplices tres: ζ ξ ψ dicuntur ita, quoniam earum vnaquæque duas in ſe cõſonãtes amplectitur. Nam ζ in σδ reſoluitur, ξ in κσ, ψ in πσ. Ex hac re prodit ſe ratio illa quãobrem à φράζομαι verbo medio Grammatici præteritum dixerint πέφραδα. Cum etenim præteritum hoc thematis actiui characteriſticam imitetur, duplicem τὸ φράζω vbi explicueris, à φράσδω πέφραδα natũ meritò exiſtimaris. De ξ & ψ commodiore loco, nõ multò poſt, nobis agetur.

Immutabiles quatuor: λ μ ν ρ, à cõſtantia nomẽ nactæ ſunt. nam in flectendis tum nominibus, tum verbis cedere, & loco moueri detrectant : argumento eſt νέστωρ, in cuius genitiuo ρ ante ος ἀμετακινήτως permanet: νέστορος enim poti⁹ facit, quàm vel νέστοτος, vel νέστοος: δελφὶν, δελφῖνος: ψάλλω, ψαλῶ: νέμω, νεμῶ. Quæ omnia ſeruatis, cuiq; ſuis, ἀμεταβλήτοις variantur.

Mutæ in ternas partes ſcindũtur: in ψιλὰ, tenues treis: π κ τ. In μέσα, medias totidem: β γ δ. In δασέα, aſpiratas itidẽ tres: φ χ θ. Tenues tenuiter & modico ſpiritu proferuntur. His ex aduerſo tres inſigniter ſpirantes opponuntur, quę ſpiritu craſ-

ſiore, & altiori de pectore erumpunt. Mediæ plenam illam τῶν δασέων aſpirationem quidem non habent, ſed neque vt tenues tantùm eadem deſtituuntur. Et quoniam inter has & illas medium obtinent, nomen propterea mediarum ſibi pepererũt. Promptius autem, faciliúſque vt intelligas, quíſnam ſit mutarum reſpectus mutuus, hoc eſt quænam cuiúſnam ſit vel tenuis, vel media, vel aſpirata, rem ipſam triplici ordine depictam & diſtributam oculis ſubijcio.

π	β	φ
κ	γ	χ
τ	δ	θ

Enimuerò ne tu examinationem hanc literarum curioſam magis credas, quàm fructuoſam, tum certè vſum aliquem perſenties, cum permutatim alias in aliarum cooptari locum ſcies. Nam à τύπτω, quando τέτυφα formari vides, tibi non poteſt non cõſtare, φ aſpiratam π tenuis ſedem ſubire. Quẽadmodum cum à λέγω λέλεχα deducis, perſpicuum æquè debet eſſe, mediam γ in aſpiratam χ transmutari. Quod vſq; eò fixum & ſtabile eſt, vt in duplicibus quoq; perſeueret conſtantiſſimè: à τύπτω enim τύψω, & à λέγω λέξω manare certum eſt: quòd & in ψ π, & in ξ κ inſit.

Mutarum porrò ἀλληλοφυῶν iam affirmata mutatio nulli indiſcreta, ſinéque iudicio eſt accipienda, hoc enim potius fuerit prouidendum, vt quæ deponuntur, & quæ in earum locum reponuntur, ordinis ſint eiuſdem: π hoc modo in β & φ, vel contrà rectè mutaris: at illud idem π, vel in γ, vel in θ non niſi vitioſiſſimè. Eam ob rem non minus abſurdè à τύπτω factum τύξω futurum fuiſſet, quàm à λέγω, λέψω. nam ex æquo nihil commune aut affine inter ſe habent, vel κ (quod in ξ eſt) & π: vel π (quod in ψ includitur) & γ. Probant manifeſtariè quod præſcripſimus, perſonæ præteriti perfecti paſſiui,

quoniam à τέτυβμαι (pro quo ἐυφωνία fecit τέτυμμαι) fiunt τέτυψαι, τέτυπται: media in tenuem trãſfigurata. Quæ tenuis ipſa ilico in aſpiratam extat immutata, τέτυφθον. Eſt ſimile in λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, λέλεχθον.

Pendet & à ſuperioribus ratio, quare, quando de ἀναδιπλασιασμῷ agebatur, verba ab aſpiratis incipientia, dum aſperior ſonus vitatur, dicta ſint non in quaſlibet conſonantes, ſed in ſuas tantum tenues tranſformari conuenire: φαίνω πέφαγκα, χαίρω κέχαρκα, θέινω τέθακα.

SYLLABA.

VOcales quæ, quantæque ſint, ex prædictis nemo iam ignoret: ex quibus neque illud ſcitu eſt difficile, Syllabam eſſe nullam, quàm quæ accedente vocali conficiatur: eſt enim vocalis velut animula quædam ſyllabarum, cuius diſceſſu nullæ conſiſtunt. De vocalibus igitur quantis, nec ingratam, nec ineptam putamus elici poſſe ſyllabarum diuiſionem. Tantam certè ſyllabam eſſe par eſt, quanta ſyllabæ vocalis eſt. Ergo ſyllabarum aliæ ſunto breues, aliæ longæ, aliæ ancipites.

Syllaba breuis eſt, quæ de vocali breui componitur, ſiue illa vòcalis ſola, ſiue conſonanti iuncta συλλαβὴν conſtituat, ὁ ῥο ἐ λε.

Longa ſyllaba διχετάσεως eſt reconditioris, quoniam longa dicitur φύσει καὶ θέσει. Natura quidem, quando vocalem natura longam habet, vt κῃ, δω, vel diphthongum etiam, vt μυ, σαις. Omnis enim diphthongus ſuapte natura producitur. At longa poſitione appellatur, quæ in eadem dictione vocalem habet natura breuem quam duæ conſonantes ſequuntur. Illæ enim haud aliter quàm rigidi obices duo, vocalis breuis celeritati obnitentes, eam tardiore greſſu incedere cogunt. In τέρποντες igitur, ρ & π ε primæ ſyllabæ poſitu extendunt: quomodo ν & τ ο ſecundæ.

Nihil autem refert,in eadémne ſyllaba, an verò in diuerſis conſonãtes locentur:tantùm in eadem dictione ſint. Quemadmodum quoque non intereſt,ſíntne per ſe,& diductè poſitæ conſonantes,vt in iam prompto exemplo:an verò inuolutè, cuiuſmodi ſunt duplices. φλέψ itaque & φλόξ eodem iure longæ habentor.

Quod de poſitione tradidimus, tunc reſtringitur, quando prior conſonantium,vocalem breuem ſequentium,muta eſt, poſterior autem immutabilis.nam hoc vbi contingit, vocalis breuis in communem vertitur:ancipitem ergo ἔπλεον, & ἔτρεφον primam ſyllabam habent. Cuius rei poſſit cauſa eſſe, propterea quòd immutabiles,quæ in declinatione alioqui mutari nolunt,hîc id eſt in quantitate,flexilis naturæ ſunt,& facilè cedentis: reliquæ verò conſonantes, obfirmatioris. adeo vt hæ ſŏli,aut gelu concretioris:illæ autem vel niuis, vel aquæ colliqueſcentis inſtar quoddam habeant. Quæ res Grammaticos forſitan mouerit, vt conſonantes immutabiles, præterea ἡμίφωνα ὑγρὰ,id eſt,liquidas appellarint.Quòd ſi conſonantiũ ordinẽ tu ita inuerteris,vt liquida præcedat,muta ſequatur, illic vocalis tantummodo producitur.Quare πόρτις,& ὄλπη,ο longant ſolùm, quod βοτρυμὸς & ὅπλα variant,paulò antè ἔπλεον & ἔτρεφον ſuum ε prius poſſe corripere dicta ſunt,quod ἐλπίζω, & νέρτερος,intendunt tantúm.

Venit mihi in mentem eius legis, quam de repetenda conſonante præteriti perfecti, Grammatici tulerunt. Eorum demum verborum primam thematis conſonantem eſſe repetẽdam, quorum ε ſyllabicum augmentum ſtatuunt non modo verba,quæ ab vnica auſpicantur conſonãte,ſed & quæ de duabus:modo videlicet prior ſit muta, poſterior verò liquida. In his proculdubio augmentum breuiari,proindéque conſonantem reſumi, ex his quæ nunc nuper diximus, fit manifeſtius, quàm vt vel quis inficietur, vel à nobis vberius tractari res mereatur.

Sed hoc magis quæſtione dignum, Quare tandem verba à μν κτ & πτ inceptantia, ante ſuum incrementum priorem cõſonantium prius dicta ſunt habere? vt μνάω, μέμνηκα: nemo adeo cęcutit, quin peruideat non ita eſſe conſonantium ordinem, vt prior ſit muta, poſterior liquida: nam μν duæ ſunt liquidæ, & κ & π vt ſint mutæ eas certè liquida non ſequitur, τ enim muta eſt. Nodulum primi ſoluerunt, qui ipſum primi ſenſerunt & indicarunt. Idcirco ita eſſe aiunt, quòd poëtę conſonantibus illis, ad eum modum collocatis, non ſecus (quod ad quantitatem attinet) vtantur, atq; ſi prior muta foret, poſterior liquida. Propterea apud eos, quando poſt vocales non modo breues, ſed & ancipites, hæ conſonantes locum habent, vt in αἰγύπτιος, vocales eas communes fieri, nec poſitione produci, perinde ac ſi αἰγύπιος legas.

ACCENTVS.

IN ſuperioribus vt nobis non eſt neglectus accentus, ita neq; hîc omittenda putamus, quæ de eo copioſius dici & debẽt & poſſunt opportuniſſimè. Antea, ὡς ἐν πρώτῃ εἰσαγωγῇ, minimè ſuperſtitioſè, verùm obiter ſolùm loquuti ſumus. Semper enim illud videndum, ne ſit, quod aiunt, ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα. De integro igitur & laxiore paulò diſputatione, de accentu, quatuórq; eius ſpeciebus, agere pergamus.

TONI.

TOni diuiduntur in ſimplices & compoſitos. Duo ſunt ſimplices, acutus & grauis. nam neuter ab altero, nec aliunde quoque fit, ſed formam vterq; ſibi ſeruat congeneam. Compoſitus vnus eſt, Circunflexus, vt qui de acuto & graui coniunctis coaleſcat ^.

Eſt & altera Tonorum partitio, qua alij λέξεως, alij συλλαβῆς toni appellentur. Dictionis duo ſunt: acutus & circunflexus. Quandoquidem dictio nulla eſt, quæ alterutro non ſignetur.

Syllabæ tonus eſt grauis. Omnis enim ſyllaba, quæ vel acuto, vel circunflexo notata non eſt, hoc notanda cenſetur, vt

Ὁ δὲ πλοῦτος ἡμᾶς, καθάπερ ἰατρὸς κακός,
Τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ.

Diuitiæ nos, ſicut medicus malus,
Cæcos, etiam ſi videntes nos acceperint, omnes reddunt.

Ideo autem non pingitur, ne de eo frequentiore, ſcripturæ deformitas concilietur, hoc modo:

Ὁ δὲ πλοῦτὸς ἡμᾶς, κὰθάπὲρ ἰὰτρὸς κὰκός,
Τὺφλοὺς, βλὲπόντὰς πὰρὰλὰβὼν, πάντὰς ποὶεῖ.

Vides ſi grauem tonum ſuis locis applicueris, ſcripturæ dictiones quodammodo δορυφοροῦντας eſſe, atque adeo γραφὴν ipſam totam, nihil, quàm haſtatum ſatellitium, expreſſius referre.

Quid eſt, rogabis me, quod tollendæ δυσειδείας cauſa, grauem tonum dixeris ſcripturæ non apponi? Imò verò prior illa & conſueta ſcribendi ratio, illum acciri nonnunquam & inſeri palàm arguit. Non quodcunque aliquid eſſe apparet, illud eſſe continuò exiſtimes. Quanuis illic tonus appareat grauis, ſi tamen quod res eſt propius ſpectaris, grauem non eſſe fatebere: acutus eſt in grauem mutatus. Nam vt æquabilior ſcriptura eſſet, ſancitum eſt, vt ſi quando tonus acutus finem dictionis teneret, quæ modò verſum vel ſenſum non clauderet, ſed in συνεπείᾳ orationis eſſet (συνέπεια eſt verborum conſequentia, vbi duæ, pluréſue voces ita ſeſe conſequuntur, vt dum alia aliam trahit, ad ſententiæ integritatem, ſpiritus ſuſpenditur) tum, inquam, acutus tonus in grauem mutaretur. Quare ſi extra verſum ſcripſiſſes, καθάπερ ἰατρὸς κακὸς τυφλοὺς ποιεῖ, κακός, acutum in grauem mutaſſet. Et κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα. Cani porrigis paleas, aſino verò oſſa. Sic enuntia vt κυνὶ extremum occupet orationis, acui protinus videris, ὄνῳ δίδως ὀστέα, ἄχυρα δὲ κυνί.

Cæterùm poſteaquam eò incidimus, vt toni grauis locum doceremus, facile adducor vt credam, ἔξω πράγματος, quod aiunt, non fore, ſi aliorum quoque tonorum, vt pote frequentiorum, magíſque obuiorum ſedes patefecerimus. Sunt enim ſuæ cuiq;, extra quas alibi nullus reperiat.

Acuti toni loca ſunt tria, vltima dictionis ſyllaba: vt ἀληθής, penultima τύπτω: & antepenultima ἄρχοντες. Circunflexi autẽ vltima tantùm ſyllaba, vt τιμῆς: & penultima μοῦσα.

Quòd ſi hoc de me contendas: Quænam dictiones quibus in locis accentibus hiſce notentur? Intempeſtiua quæſtio ea fuerit, & ſublimior quàm pro præſenti negotio. Sciſcitaberis conuenientius: Quamobrem inflexus tonus loca ſibi vendicarit pauciora quàm acutus? penultimam enim non excedit. Sciendum igitur, quòd cum ex graui & acuto concurrentibus circunflexus tonus cõfletur, vt ποιέω, ποιῶ: ſi de ποιεόμενος vnde fit ποιούμενος, velles facere ποιοῦμενος, neceſſum foret circunflexum illum formari de acuto præcedente, & in quarta à fine ſyllaba poſito: nempe de ποιέομὲνος. Id quod vt fieri nequit (nam ante tres ſyllabas nunquam acutus locatur) ita abſurdum eſt, & aptæ pronuntiationi admodum contrarium. quoniam ſi quarta ſyllaba tonum haberet acutum, ad vltimã vox prius quàm perueniret, hebes velut caderet, ac penè inaudita deficeret.

Denique verba pro tonis admotis appellationem ſibi inuenerunt. Quæ acutum in vltima habent, ὀξύτονα vocantur, quaſi acutitona dicas. Quę in penultima, παροξύτονα: non malè forſan penacuta nuncupabimus. At quæ in antepenultima, προπαροξύτονα ficta voce nobis antepenacuta ſunto. A circunflexo itẽ tono nomina indũtur dictionibus, ſi eo vltima ſyllaba notabitur, περισπώμενα, id eſt, circunflexa dictio nominatur: vt προπερισπώμενα cuius penultima circunflexo eſt inſignita, penanflexa per me dicitor. Generaliter autem quæcunque dictio neutrum, hoc eſt nec acutum nec circunflexum habet in

vltima tonum,etiam ſi alibi alterutro ſignabitur,*βαρύτονα*,grauitona appellabitur.

SPIRITVS.

ET qui, & quot ſpiritus ſint, quæque eorum ſit forma, ſatis de libro primo licet cognoſcere. Cæterùm quoniam apud veteres alia, à iam dicta *πνευμάτων* figura fuit, & illa qualíſnam fuerit,non grauatè commonſtrabimus. Vocalem *α*,ad hunc modum diducebant,⊢ ⊣ deinde pro aſpero nota læuam partem, pro tenui dextram accipiebant:*ἁγνός*, *ἀγρός*. Quæ ſpirituum facies adhuc ſeruatur,in maiuſculis autem frequentior literis.

Spirituum,quomodocunque tu eos figuraris,loca ſunt,omnes vocales inceptiuæ:tum ſolæ & ſimplices:vt *ἀπὸ*,*ὁμολογέω*: tum compoſitæ & in diphthongo,*αἰτία*,*εἶδος*.

Ex conſonantibus vnum *ρ* amat aſpirari: ídque quando ſolum eſt in fronte dictionis, *ῥαθυμία*,*ῥοπή*. Aliud enim foret ſi in media dictione geminaretur,nam prius exili ſpiritu, poſterius aſpirato deſignaretur: vt *πόῤῥω*, *ἄῤῥωστος*. Cuius varietatis cauſam petentibus, hæc dari queat, quòd Græcis magna cautio ſit, ne eiuſdem dictionis aſpiratè finiatur ſyllaba, quam alia ſequatur,de ſimili aſpiratione incepta.nam hoc ne contingat,aſpiratarum prioré in tenuem mutant, pro *ἀθθὶς*, *Βάχχος*: *ἀτθὶς*,*Βάκχος*.Memineris quòd adiecerim,de ſimili aſpiratione.quoniam ſi ſyllabarum aſpirationes diuerſæ eſſent & diſſimiles,ambæ tolerabiles eſſent:*ἄχθομαι*,*ἐχθρός*.

PASSIONES.

SPecies illa *τῶν προσῳδιῶν*, quæ paſſiones vocantur, ab eo quod efficiunt, tales appellantur: nam dictiones quibus applicantur aliquid pati per eas ſignificamus. vt cum *τοῦτ'*, pro *τοῦτο* proferimus, vltima vocali verbi illius

per ἀπόστροφον eliſa.

Et cum ὑφὲν ſubiecta voces in vnum coagmentat, προτακτικόν, σύνδεσμος. Propriè etenim ſi Grammaticorum canones ſectabimur, ἡ ὑφὲν ταῖς λέξεσι φύσει διῃρημέναις ὑπόκειται. Eſt tamen vbi ſimplicibus dictionibus quoq; ſupponatur: πάθος, γῆρας. Et hoc tranſeunter adde: Per ſubunionem quod præcedit ſubſequi, & ex aduerſo, debere innuitur: vt in hoc Latinorum, i præ, pro præi: eſt enim à præeo.

Iam διαστολὴ quæ perperam iuncta ſunt, ſeiungit & ſeparat, vt ὅ, τι articulum poſtpoſitiuum diſtinguimus, quo differat ab ὅτι: quæ vox indiſcreta coniunctio eſt. Hæc ſunt quæ de ſubunione & diaſtole impræſentiarum dicenda putauimus. Quædam autem ſunt ad Apoſtrophum pertinētia, huc, meo quidem iudicio, tempeſtiuiſſimè appingenda.

Cum apoſtrophus poſtremam dictionum vocalem exterat, ipſa verò multiplex eſſe poſſit (nulla enim eſt vocalis, quæ dictionum fini non apponatur) probè & meritò quæratur, in vocaléſne omneis, an tantùm in aliquas: & ſi hoc eſt, in quas demum ius habeat apoſtrophus? Huic πάθει dubio procul quatuor ſolummodo ſunt obnoxię vocales, ε ο α ι. Primæ quidem duæ citra vllam vel exceptionem, vel diſtinctionem. vt φέρ᾽ εἰπέ, pro φέρε εἰπέ, & τοῦτ᾽ ἐμόν, pro τοῦτο ἐμόν. Verùm reliquæ duæ, non niſi cum breues ſunt auerſionem ſentiunt: vt παρ᾽ ἡμῶν, pro παρὰ ἡμῶν: ἐφ᾽ ἡμῖν, pro ἐπὶ ἡμῖν. Cæterum quoniam de producendis vocalibus aut corripiendis, maximè verò de ancipitibus, nihildum quicquam expoſuimus, hac in re propterea velim, anxius nimium puer adhuc ne ſit. Breues quæ natura ſunt ſecurè & confidenter ἀποστρέψει, ſed ancipites nō aliter, quàm ſi legendo auertendas obſeruarit. Illius igitur diligētiæ fuerit, & quàm poterit plurima ἀπτικὰ obſeruet, quibus ſuo tempore vtatur liberrimè.

De quatuor exemplis ad explicādam Apoſtrophi naturam datis, cōſideratior puer vnum excipiet, illud nempe, ἐφ᾽ ἡμῖν:

vt in quo præter auerſionem, innouatum neſcio quid conſpicetur: alioqui enim non ἐφ᾽ ἡμῖν, ſed ἐπ᾽ ἡμῖν fuerat dicẽdum. In negotio huius paſſionis regula eſt non contemnenda, proinde ſtudio maiore docenda & ediſcenda. Poſt factam auerſionem, ſi extremum dictionis conſonantem habebit tenuẽ, dictio autem protinus ſequẽs ſpiritu aſpero notabitur, tenuis illa in ſuam aſpiratam eſt commutanda. Vſq; adeo vnũquodq; ſimilium ſui appetẽs eſt, & rapax. Ergo pro κατὰ ὧν, & κατὰ ἅπαξ, ſcribendum καθ᾽ ὧν, & καθ᾽ ἅπαξ. Aliàs tenuis manet: κατ᾽ ὀλίγον, κατ᾽ ὄρον. Interdum quoq; contingit, vt apoſtropho nõ interueniente, in aſpiratã nihilominus tenuis vertatur: id quod fit quando illa hanc conſequitur. Eorũ quæ poſita ſunt, exemplum hoc eſto: οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἔσ᾽ ἔτι, οὔτε οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως.

Neq; hoc ego tacendum putem, eſſe vbi non ſimplices modo vocales, ſed & compoſitas id eſt diphthongos expungat: vt βούλομ᾽ ἐγώ, pro βούλομαι ἐγώ, & οἴμ᾽ ὡς ἄχθομαι, pro οἴμοι ὡς. Cauſa adſtruitur, quòd hæ diphthongi poëtis ſæpe corripiãtur: præſertim cum poſt eas σ non locatur.

Denique erit (ſi me non fallit animus) λόγου καὶ μνήμης ἄξιον, quod hîc dicetur. Quæ inter ſpiritum lenem & apoſtrophum eſt ſimilitudo, anſam titubanter pronuntiandi, nonnihil etiam attentis, præbere poteſt. vt in his κἀγώ, κἀκεῖνο, κἄν, κἄξ. Primum quidem non eſſe auerſionem apparet, quoniam ea non medium, ſed extremum dictionis occupet. Decertes è regione, ſpiritum æquè non eſſe, ſpirituum etenim ſedes ſunt vocales tantummodo initiales. Soluantur hæ voces hoc modo, καὶ ἐγώ, καὶ ἐκεῖνο, καὶ ἄν vel ἐάν, καὶ ἐξ. Hinc ſpiritum eſſe nulli non eſt perſpicuum: nam vt ſciretur, particulam καὶ cum dictione à vocali inceptante componi, eius ſpiritus in compoſitione eſt relictus, qui nos illius admoneret. Et in hanc ſentẽtiam vt propenſiores inclinemus, facit ι poſtrema litera τοῦ καὶ, quæ non abſumitur, vbiq; tantùm ſubiecta videtur.

Sed ecce, perinde ac ſi cum Lernæo monſtro conflictaremur, ſublato quod vrgebat incommodo, aliud actutum ſuboritur. Si quæ aſſeruiſti vera ſunt, inquies, quare ergo ἐπάν quod ab ἐπεὶ & ἄν conſtituitur, & ἐπειδάν, quod ab ἐπειδὴ & ἄν, vel apoſtrophum, vel ſpiritum lenem non habent ſignatum? Certè credas non iniuria apoſtropho liberari, quandoquidem vocales longæ nullo modo, diphthongi non niſi impropriè, auertuntur. Spiritum autem non magis debent habere, quàm, ὅταν: quod ab ὅτι & ἄν conficitur, cui ne apoſtrophus quidem adeſt, quamuis ι vocalis apoſtropho obnoxia elidatur. Inferas ilico: Neque igitur κἄν habere debuit. Vide ne tua illatio minus ſit conſentanea. Nam vt in ſimilibus ſimiliter ſtatui, ita in diuerſis diuerſè, nouum nō eſt. Aliter primæ illæ voces & aliter hæ componuntur, ἐπάν & ἐπειδάν in vnā conflantur dictionem, vtraq; enim ſignificat, poſtquàm. Idē accidit τῷ ὅταν, quod notat, quandocunq;. At illæ ita commiſcentur, vt duæ & ſint & intelligantur voces, τἆλλα τε, vel τὰ ἄλλα, κἄν ἐκ ἄν, τἀγαθά τὰ ἀγαθά.

TEMPORA.

CVm in vnum hunc vſum tempora ſint comparata, vt per ea quæ vocales longæ ſint, & quæ breues prodantur, obſcurum nequaquam eſt, aut operoſum intelligere, quæ ſint temporum loca: vocales δίχρονοι ancipites, his enim ſolis ſub incerto tantis manentibus quantitas vocalium natura breuium vel longarum, ſatis ipſa per ſe manifeſta eſt.

Tandem erit accentibus modus, vbi præmonuero tempora vel longa dici vel breuia, de temporis productione, correptionéve. Longam profectò vocalem, & ex ea factam ſyllabā proferentes, temporis & moræ duplo plus abſumimus in ea, quàm in breui enuntianda: βᾱρβᾰρᾰ ψᾱλλόμεν.

DE NOMINIBVS CONTRACTIS.

GEneroſiores ſpiritus qui gerunt, laboribus, penè etiam quamlibet magnis, non deterrentur, nec difficultatibus cedunt vllis: contrà autem, quemadmodum ſi aliquid quo ſe exerceant, quóq; ſtrenuè conficiundo ſeſe oſtentent, alicundè nõ offertur, irrequieti nõ ceſſant inueſtigare: ita ad id vltro quod ingeritur, alacres vſqueadeo excitantur, atq; in ipſum vehemẽtia feruntur tanta, vt illinc prius nõ reuellantur, quàm occeptum ſemel negotium ſumma virtute, paríq; abſoluerint dexteritate. Dicat mihi aliquis: Quónã hæc nobis? Eò vtiq;, quòd intelligam, & certò ſciam, non deeſſe homines (viros appellare non lubet) qui contractorum Nominum, & Verborum inclinationes (de quibus erit nobis deinceps agendum) iuuentutem docturi, haud ſecus me hercule quàm ſi denuo Ilium foret excidendum, terribiliter illud inclament:

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Eſte viri, validúmq; expromite robur amici.
Tum & illud detonent:
Nunc animis opus eſt, nunc eſt & pectore firmo.

Formidabiles voces, & eiuſmodi, quę ab inſtituto reuocent itinere. Porrò quos tandem reuocent? non illos ſanè ſublimibus animis prędítos, verùm ἐνταράκτους quoſdam, & ignauiſſimos, qui cum difficultatulis congredi non auſi, ac hoſtium vix exaudito nomine, fugã protinus meditantur & adornãt. Eſt primùm, eſt animoſe tentanda res, eſt deinde fortiter impetenda, eſt ad poſtremum acerrimè ſubigenda. Quis non aſſerat hominum eſſe pluſquam imbellium, virib⁹ aduerſario-

rum non exploratis, animis ſimul cum armis turpiter abiectis, terga dare fœdiſſimè? Socordia, non arma ſunt abijcienda.

Et quoniam neſcio quo pacto in mentionem τῆς πολεμικῆς incidimus, ne συναιρέσεως tantum opus quis eſſe putet, iuuat ludicri quadam belli imagine propoſitum nobis argumentum pertractare. Quos enim potius diſcere hęc oportet, quàm qui non ita pridem bella pueri gerebant, qui pro clypeo pileum obtēdebant, mantile pro vexillo circunferebant, equitabántque, vt ille ait, in arundine longa? Ita, ſpero, fiet, vt in ſcholis σχολὴν inuenias, dum quæ iuuentuti moleſta erant futura, pergrato, ſuæq; ętati conuenientiſſimo auidè ipſa arripiet ioco.

Age verò, ne res longius proferatur, velim ego imprimis vt qui Palladis & Muſarum auſpicijs nomen huic militiæ daturi ſunt, ſéq; eius ſacramento adſtricturi, animo iam prodeant erecto, ac minimè conſternato, illud viciſſim eodem de vate promptum, fronte nobiſcum porrectiore cantaturi:

μηδέ σε πάμπαν
λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω, καὶ ἀρειῇ.
nec te,
Sæuis tantillum auertat dictíſve, miníſve.

Enimuero quoniam multis antè ſeculis mos inoleuit neutiquam improbandus, vt bellum prius quàm committas, militum delectus habeatur (periculoſum ſiquidem nimis eſt, temerè, ac ſine diſcrimine eos quibus vtaris admittere) prędictum eam ob rem meis omnibus volo, ne quis inſcribi ſe ſuſtineat, niſi ipſe ſibi duo ineſſe ſciat: Alterū eſt, τὸ εὔελπι: quādoquidē mihi, vt ſi quicquam aliud, eſt maximè perſuaſum, ſi mei bonam de vincendo ſpem ſemel cōceperint, foueríntq; certam, in certamen productos, mirando quodā ſucceſſu victoriam actutum cōſecuturos: ad quam è diuerſo δυσέλπιστους nō protrahas niſi infeliciſſimè. Alterum quod meis συμμάχοις deſidero, eſt, vt ſpei cōceptæ vocetur αἰχωτία comes: eſtrōs

enim qui eſt,& ab honeſto ſummotus,manus etiam vt conſe reret ſi obtigerit, paruo nihiloſecius momento pòſtea fugere audebit. At φιλοκαλία dum ob oculos αἰσχρουργίαν ponit,ingenuum fugere vetat, propterea victorem eum interim facit & ſuperiorem.

Vt confidentioribus autem animis ſubnixi, qui à nobis ſtabunt, contractis nominibus & verbis ἀνδρείως arma mouere,bellúmq; inferre non dubitent, audeo ego hîc polliceri,& ſanctiſſimè affirmare, Palladem ipſam diſciplinarum principem, nobis ex animo eſſe propitiam : adeo ſanè vt ſi negotio huic manus admouere, pugnam capeſſere non detrectauerimus , hoſti quantumuis conferto & numeroſo , nequaquam illi ſua ἐυπορία , ſed nobis noſtra ἐυτεχνία facilem ſit paritura victoriam. Numen porrò nobis pręſentiſſimum argumento cognoſces perſpicuo, vbi tu noſtra conſilia preſſius expenderis,& genti contractæ quid acciderit,inaudieris:quę enim ipſi poterant optima eſſe & commodiſſima,intueberis luculentiſſimè,inſolenti quodam ſuo ſtupore, atq; inaudita imprudẽtia, illi facta eſſe exitioſiſſima.

Rogabo te omnium primùm, num pridem hoſce πολεμίους noſtros Genius aliquis malus agere cœperit tranſuerſos ? qui etiam ſi ex apologis vulgo ſit teſtatiſſimum,vires coniunctas diſiunctis multo eſſe ad vincendum aptiores,tamen dum diuerſæ nationi diuerſos cõuenire mores ſunt arbitrati , aut veriti,ne ſi quando ĩpeterentur, acies in vnum coagmentatæ magnitudine laborarent ſua, fieréntq; propterea ad obſiſtendum minus habiles, in ſumma, quacunq; ratione,factum eſt tamen inſipientiſſimè,vt eorum diſtractis copijs,alibi Nominum,alibi Verborum eſſe voluerint ςρατόπεδον.

Et præuiſa certè illa mihi dudum diſceſſio, animi non parũ addebat, facillimèq; perſuadebat,illinc nobis ad vtraq; perdomanda multo procliuius fore : ſed aliud nihiloſecius extitit, quod me vehementer ſolicitaret,ac de expugnandis illis quã

tumlibet diſſitis,inuitum me deſpondere quodammodo animum cogeret.

Succurrebat veriſſimum illud eſſe: Laqueo vetuſtam non prehendi ſimiam.Proinde cogitabundus mecum identidem ſic reputabam, Si tot annos contractorum genus capi non potuit,inuincibile ſemper ideo maximè creditum, quòd in ſua caſtra contractum,illic permixtum ac ordine nullo eſſet collocatum, foſſis interim συγχύσεως altè circunductis, firmiſſimis neq; non ἀταξίας ſudibus præfixis,aditum illuc prohibentibus,Dij boni,quo tãdem conſilio, aut qua via excire queas? ac de poſſeſſione velut deijcere?

Et in hoc totus cum eſſem, ecce ἐρανοπέτης ſub auroram adſtat Periſcopia,cui,præter nomen, muliebre nihil, fronte ſubrugata,fixis & conſtantibus oculis: quæ blandius interpellato mihi,vltro recepit,ſe in hoſtium noſtrorum caſtra facile penetraturam: inde expiſcaturam illi quid inter ſe conſultarent:deniq; bona fide,illud quicquid eſſet,nobis renũtiaturã.

Nec fefellit exploratrix fida,caſtra adijt vtraq;, liberè perluſtrauit,vbiq; auſcultare licuit.quid retulit autem? Quod deorum in nos fauorem indicet profectò non obſcurum,quod te ad hilarem excitet armorum correptionem, quod faciat ne poſthac,vel tantillum quidem, ſuſpecta tibi ſit hoſtium calliditas: potius verò vt augureris, tempus iam inſtare, quo eos eminus & cominus, deſtinatis ictibus cæſim, punctim ferias, conſaucies,tranſfodias,fuſos & fugatos trucides miſerè,& tãdem multis cladibus illatis, omnes ad vnũ deleas miſerrimè.

Sed quanto ego vos rei illius audiendæ tangi deſiderio conſpicor! geſtientes omneis agnoſco,vt ſuſpenſos diutius tenere non poſſim. Proinde accipite. Decreuerunt Nomina & Verba contracta relictis caſtris in campum deſcendere. Percontari,ſcio,pergetis,quidnam potiſſimùm ea huc ſententiæ perpulerit.Quid autem niſi iratus illis Deus,qui illis,& ratione,& iudicio deturbatis, eam indidit mentem, vt non diſſi-

miles belli exitus ſibi & hominibus eſſe exiſtimarẽt. Nã vtrobiq;, vti noſtra προδιοσκοπικὰ retulit, conuocata concione ad hũc modum diſſertum eſt: Ordinata & bene compoſita acie quid formidoloſius credas? Eſt qui neſciat de eleganter inſtructo, & probè diſpoſito exercitu periculum imminere hoſti exitiale? Quare alioqui Haſdrubal vafritie inſigni vir, Q. illius Metelli ordinatiſſimas legiones elephantis barriẽtibus immiſſis perfringere inſtituiſſet? Non pari dolo Annibalis copias Scipio diſturbauit? In hãc rem & illud memorię datum eſt, Crœſum hoſtibus gregem camelorum oppoſuiſſe. Hoc certè norunt omnes, Gallum aliò non ſpectaſſe, quum falcatis quadrigis Cæſaris diſſiparet cohortes.

Hæc ex quàmplurimis pauca ſunt, quæ non minus improuidè quàm iactabundè Circunflexorum vtrunq; ἔθνος in ſuis agitabant caſtris, ἐνταξίαν vnam ἄμαχον, planéq; quod aiunt, murum aheneum communi aſſenſu comprobans.
Quocirca dum falſiſſimè opinatur ſe noſtrum impetum ſuſtinere poſſe, audet è veſtigio decernere, vt quicquid ipſi militum eſſet, in ternas diducat partes: ſumpta videlicet de priſcis Romanis belligerandi forma. Hactenus ſenſiſti propenſam in nos Deorum opitulationem? audiſti ſtupidiſſimam, & plus quàm cæcam hoſtium hallucinationem? vt qui viribus diſiunctis ordinéq;, perpulchre nobiſcum decertare velint. Adſunt Dij, tantùm vide ne ipſe tibi deſis.

Amplius exploratrix addebat, Nomina prius in campum प्रोditura. Verba enim illis eſſe remiſſiora, & cunctantiora. Si coniectare mihi licet, id eſſe credam, quòd Nomina q̃ Verba robuſtiora ſint, & captu difficiliora. Verùm neq; hac in re male nobis fuerit conſultum, nam integris adhuc viribus, cum potentiore primùm pugnare, longè ſatius eſt.

De inſtruenda rurſus nominum acie, ita tradebat: Diſponentur in prima acie Nomina ὀλιγοπαθῆ, noſtro ſermone ἀνδλεξεὶ, Paucipaſſa vocaris. Horum partes erunt, vt in acie Ro

mana fuerunt quondam haſtatorum, pugnam inire. Spes tamen eſt fore, vt ſimulatq; noſtrorum lacertorum virtutẽ minime irritam cõpererint, pro pugna ſtrenuam fugam capeſſant. Altera in acie πολυπαθῆ collocabuntur, ea, ſi videtur, Multipaſſa dicantur: eo loci in antiquorum συντάγμασι qui erant, Principes vocabantur, hi haſtatos, ſi hoſtem profligare non potuiſſent, in interualla ordinum retrocedentes, admittebant. Sed quàm feliciter cum his agatur, ſi milleſimus quiſq; euadat: nũquam à nobis diſcedent (ſi diſcedere quidem dabitur) quin ſe re vera, id eſſe quod dicuntur, agnoſcant. In extrema aciei parte, ad inſtar Triariorum, ὁλοπαθῆ inueniemus. Omnipaſſa nuncupemus: tanto minori diſpendio, & moleſtiæ nobis futura, quanto in certaminibus priſcis οἱ ἐφεδρεύοντες fuerunt alijs bellicoſiores habiti, & infeſtiores.

In hunc ergo modum cõtracta nomina bellè ſe inſtructum iri opinantur, ego certè neq; ignoro neq; inficior eſſe etiam belliſſimè, in rem videlicet noſtram, at in illorum pernitiem ſummam, ea enim nihil tale vel expectantia, vel metuentia, occulta quadam ratione, quo fuerint τακτικῶς magis compoſita, eò minus, minúſque nobis cenſebuntur metuenda. Adeo vt ſi verus eſt canon ille ςρατηγικός, vſitata vileſcere, ſubita terrere, tam erit noſtrorum ςρατηγημάτων inſueta vis, vt quò ſe vertant, quà ipſis effugium pateat, nõ intelligant. erit contrà quo mirè attoniti obſtupeſcant, dum quæ confligendo ſunt alioqui vnicè viſa prodeſſe, ea vnã ſuæ internecionis cauſam comperient. Sed hęc abundè, aliò vocat tempus.

Bello gerendo qui præſunt, id ferè cauent, obſeruántq; inuiolatiſſimè: vt nimirum quod fieri debeat, id cum multis tractent: facturi autem quod ſint ipſi, aut cum nullis, aut certè cum paucis admodum agitent. Talem ἐχεμυθίαν apud eos nõ improbauerim, qui ſibi parum fidos milites eſſe ſuſpicantur, vel timent, ne à ſubauſcultantibus corycæis ſua conſilia deprehendantur. At ego, poſteaquam certiſſimè ſcio, commili-

terriculum tam vanum planè indignum eſt, quod veſtrum aliquem turbet, aut remoretur.

Qui ſubtiliores ſunt, & leuiſſima quæq; diſcrimina notant, tradunt συναίρεσιν eſſe duarum vocalium eiuſmodi coitioné, vt ſeruentur ambæ, integræq; exiſtant, vti quum ex δημοσθένεϊ πεντακοσιομεδίμνῳ fit δημοσθένει πεντακοσιομεδίμνῳ. Nam diphthongus ει ſic conflatur ex ε & ι vocalibus prius diductis, vt poſt cõtractionem, earum neutra pereat. Quomodo licet oleum & acetum coire conſpicari: ita enim vtrumq; alteri cohæret, vt interim ἰδίᾳ vtrumq; demonſtres.

Κρᾶσις verò vocales ita cõmiſcet, vt vel ambæ euaneſcant: δημοσθένεα δημοσθένη, η vocali reſultãte ab vtraq; incontractarum diuerſa, vel vt altera ſaltem vocalium intercidat, δημοσθένεος δημοσθένους: hic etenim ε nuſquam apparente, ο tãtùm in ου emicat. Poſſis vtcunq; κρᾶσιν cum rubro vino aqua modicè diluto comparare: quandoquidem poſt vtriuſq; temperamentum forma vini ſuperſtite, aqua transformatur. Sed manca eſt hæc, nec ſatis iuſta collatio, vt quæ κράσεως naturã non vſquequaq; exprimat: quoniam illius tantummodo partem eam attingit, qua vocalis altera, non etiam vtraq; transfiguratur. Ad hunc ergo modum neſcio qui ſuperſtitioſiores de ſynęreſi & craſi loquuntur.

Nos curioſa hac ſubtilitate liberandos planè eos putamus, tyrocinium qui necdum poſuerũt. Hoc itaq; ſolùm vobis notet. Ex duabus quę cõtrahũtur vocalib⁹, vel alterã, vel vtrãq;, vel neutrã cõfici debere: horũ autẽ quodcũq; cõtigerit, generali atq; ἀδιακρίτῳ nomine cõtractionẽ appellitari. Quod vt liberius faceretis, exemplo vobis paulò antè fuimus, cũ horũ nominũ declinationes vnica voce συνηρημένας nũcupauim⁹.

Profero quod ſit cõducibile magis. Quare & firmiori mandandum memoriæ. Quæcunq; propemodũ nomina in exercitu Contractorum ſtipendia faciunt, de quinta ſimplicium nominũ declinatione transfugerunt: ea autem demum ſunt,

quæ illic *ος* purum habuerunt τεῖχος, τείχεος: λητώ, λητόος. Cuius defectionis hanc potiſſimum adferunt cauſam, vt hiatus vitetur, qui ex concurſu naſcitur vocalium.

Et hoc præſciſſe vrget vehementiſſimè. In his nominibus, ex præcedente vocali natura longa, quantacunq; ſequens habeatur, nunq̃ fit ſynæreſis(prȩterquam in vno ὑιέος, ὑις)fit autem vel ex duabus breuibus, vel ex breui & longa: ſemper verò in longã, προμηθέος, προμηθοῦς: προμηθέων προμηθῶν.

Nec mediocre telum hoc arbitremini. Quandocunq; contractio fit, ſequente vocali quæ per naturam ſit longa, in longam illam ſemper fit complexio: protrita nimirum anteeunte vocali, .ἀληθέων, ἀληθῶν. Porrò autem de longa vocali quod eſt iam pronuntiatum, idem & de diphthongo fuerit ſtatuendum, ἀληθέοιν ἀληθοῖν. Quando enim fando eſt auditum tres vocales actu, & ipſa re in eadem ſyllaba conſiſtere? Eſt tamen vbi poſterior vocalis quæ in diphthongo propria fuerat, poſt cõtractionẽ diphthongo impropriȩ ſubijciatur, κρεάοιν, κρεῷν. Quod ipſum cur, ac quando fiat, ſuo dicetur loco.

Et huius recordabimini. Quãdo genitiuus ſingularis συναλειφὴν patitur, idem genitiuis tum dualibus, tum pluralibus contingit. Quod ſi ille non patiatur, neq; hi.

Rurſus, Accuſatiuus pluralis in σ deſinens (ſi modo vlli eſt obnoxius contractioni) nominatiui, eiuſdem numeri, contractionem imitatur.

Sed hactenus præmonitioni, hoſtis appetit minax, nihil eſt autem quod vereamini: nam neque poſthac deero. Quæ debellandis aduerſarijs Dij ſuggeſſerint, ego protinus vobis ſuppeditabo. At & hîc nimius ſum. Vbi tuba? buccinatores? cornua? bellicum ſparſim inaudiatur terrificum. Vbiq; tremulo taratantaræ cantu, clangoribúſq; aër perſtrepat rauciſonis. Agite κοχμοι πολεμισαὶ, alacres ad arma prouolate. Prodeat ille σημειοφόρος dyſalotus. Agedum Ponetice, Polymathes eia, ceſſas Agripne? Si forſan ſuſpicamini pugnam

congreſſu primo nonnihil aſperam futuram, illud potius cogitatote: Quãtum erit veſtri laboris γεράσμιον, quàm inde vobis opima erunt ſpolia & manubiæ, quàm deniq; tanti facinoris olim erit memorabilis victoria. Quod erit durũ pati, erit meminiſſe dulce, vti veriſſimè aiunt. Pòſt paulò pugnę ſignũ dabitur, ſi publici nominis vultis ſtudioſiores videri, vincendi deſiderio flagrare videamini: vt non de alijs quàm de vobis ille præcinuerit: Iuuenum manus emicat ardens.

Præfandum omnino vobis hoc duximus. Etiam ſi nũq̃ erit poſthac parcendũ ferro, ſi tamen aliqua ratione fieri poterit, duces ipſos in triumphũ ſeruate, victos reuincite, & proſtratos conſtringite. Interim eos gemitus, lachrymæq; ſequãtur.

Ολιγοπαθῆ.

VIdetis vt ordine incedit τῶν ὀλιγοπαθῶν acies? ea porrò quãta quãta eſt, in ſex tantùm diſtribuitur cohortes. Prima capit nomina in ευς: hæc ſeſe ingerere auſa eſt prima, quare prima & ipſa peribit. Paucula attendite. Duæ hîc ſunt contractiones, ει & η: ει quidem in datiuo ſingulari, item in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus: η autem in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo dualibus. In cæteris caſibus (de eo loquimur quod ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit) etiam ſi concurſus vocalium interuenerit, ſynæreſis tamen non fit.

Cõmodabit non parum hoc ſic obſeruaſſe, εϊ in ει cõtrahi, εε in η, quod & ipſum τῷ εα vſuuenit, niſi cũ εα σ ſequitur. Ergo dices βασιλέϊ, βασιλῆ. At βασιλέες, βασιλεῖς, βασιλέας, βασιλεῖς.

Hæc ipſa hora, hic locus ipſe pugnæ. At quis hîc? Bacchíne ille pædagogus Silenus vertice raſo? O ſi talem Democrite vidiſſes, riſu confeſtim emortuus fuiſſes. Oh, oh, verò, ἱερεὺς iſte ἄχρηστος, & bello gerendo ineptiſſimus, eſt cohortis huius primæ πρωτοστάτης? Accedat noſter Cœnopheles qui impetu magna virtute facto, ignauum iſtum proſternat, & gra-

tiſſimam Diti mactet victimam: vnde ipſe ſe nullis vnquam precibus vindicet. Vos promptam ilico feretis opem, & eius ordinis quotquot obuij fuerint, pari virtute conficietis. Aſpiret primo fortuna labori.

Ὁ ἱερεὺς, τοῦ ἱερέος, τῷ ἱερέϊ καὶ ἱερεῖ, τὸν ἱερέα, ὦ ἱερεῦ.
Τὼ καὶ ὦ ἱερέε ἱερῆ, τοῖν ἱερέοιν.
Οἱ καὶ ὦ ἱερέες ἱερεῖς, τῶν ἱερέων, τοῖς ἱερεῦσι, τοὺς ἱερέας ἱερεῖς.

Τραπεζεύς,	νομεύς,	ἱππεύς,	ἁλιεύς.
δρομεύς,	τομεύς,	πορθμεύς,	ὀρεύς.
ταφεύς,	ἐγκοπεύς,	φονεύς,	γραφεύς.

Sed heus vos πολυγύμναστοι, non videtis quanta ſit Paucipaſſorum ἀσθένεια? indigna omnino cui manus admoliamini. Proinde æquius fuerit, ſi animoſę huic iuuentuti νεανικῶς eam frangere concedetur. Ad certamen intendite, erit non iniucundum ſpectaculum.

Audite νεάνισκοι. Qui ſequitur λόγος nomina ſolùm habet in υς ὀξύτονα, genitiuum in εος mittentia, cõtractionem vnicã ει cui locus eſt in datiuo ſingulari, item in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus, eodẽ planè modo quo in ſuperioribus viſum eſt. Reliqui caſus ad quintam τῶν ἁπλῶν reducũtur declinationẽ. Tu Phronime μαλακὸν hunc ἐνωμοτάρχην, quíq; cũ eo coniurarunt, præpotẽter arripe: ſentiant ſe ſuę cutis & capitis periculo nobiſcum congreſſos.

Ὁ καὶ ὦ ἡδύς, τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ, τὸν ἡδέα.
Τὼ καὶ ὦ ἡδέε, τοῖν ἡδέοιν.
Οἱ καὶ ὦ ἡδέες ἡδεῖς, τῶν ἡδέων, τοῖς ἡδέσι, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς.

Γλυκὺς,	τραχύς,	βαρύς.
ταχύς,	πλατύς,	ὀξύς.
ὠκύς,	εὐρύς.	

Tertiam cēturiam Orthrinus excipiet, vel potius cunctantem inuadet. Eſt & ipſa nominum quidem in *υς*, à præcedentibus autē eò diuerſorum, quòd & *βαρύτονα* ſint, & genitiuum per *υος* habentia. Rurſum cum eis congruētia, quòd non pluribus ſint inuoluta ſynæreſibus: nam eis vnica eſt *υ* in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus tantùm reperta. En autem bellum, & ſuo manipulo dignum ducem. Apparet quondam fuiſſe vinitorem, à racemis enim nomen habet: vt huc veniret, falcem in *ξιφίδιον* cōmutauit male ſanus homo. An verò temulentus aliquis, & bibax homo non eſt? pampinis enim redimitus dudum hîc debacchatur ineptiſſimè. Orthrine hodie *βοτρυμὼς* hunc præcide, calca, comprime.

Ὁ καὶ ὦ βότρυς, τοῦ βότρυος, τῷ βότρυϊ, τὸν βότρυν.

Τὼ καὶ ὦ βότρυε, τοῖν βοτρύοιν.

Οἱ καὶ ὦ βότρυες βότρυς, τῶν βοτρύων, τοῖς βότρυσι, τοὺς βότρυας βότρυς.

Λίγυς, κόρυς, κόρθυς,
στάχυς, ὀσφύς, ἰχθύς,
ὀτρυνύς.

Poſt illa, nominum in *ους* phalanx ὑποστάσεται nihilo alijs ipſa præſtantior, in *ου* ſolùm contrahitur, ídq; in accuſatiuo ſingulari: nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus. *Βαβαὶ τοῦ γέλωτος!* Quis (malum) huic turbæ ventroſum hunc præfecit, & *γεώλοφον*? Sterne Tlamon, & ne vereare ſurgat. Perge modo *ὁμοσκηνούντων ἐπικρατεῖν*.

Ὁ βοῦς, τοῦ βοός, τῷ βοΐ, τὸν βόα καὶ βοῦν, ὦ βοῦ.

Τὼ καὶ ὦ βόε, τοῖν βοοῖν.

Οἱ καὶ ὦ βόες, βοῦς, τῶν βοῶν, τοῖς βουσὶ, τοὺς βόας βοῦς.

Νοῦς, πλοῦς,
ῥοῦς, διπλοῦς,
ἁπλοῦς.

Quinta *ἐνωμοτὶς* inſcripta habet nomina in *ω* & *ως* exeuntia, quæ tribus numeris vnum habent ſingularem triplici obnoxium cōtractioni, atq; id ipſum in tribus caſibus: *ου* illis

eſt contractè in genitiuo, οι in datiuo, ω in accuſatiuo. Vocatiuus ſingularis noua quadam forma in οι deſinit. Totus dualis & pluralis tertiam ſimplicium ſequitur declinationem.

Vos aliquãtum ſubſiſtite. Bone Deus quàm prodigioſa res. Manus hæc Paucipaſſorum quantũcunq; porrigitur ἀγένειος apparet. Mirum ni & tota eſt ἄνανδρος. Vbi barba non eſt, illic neq; virilitas. Amazonum reliquias exiſtimarem, niſi iam olim cum Municia vniuerſum Amazonum nomen intercidiſſe ſcirem. Legimus, & ita graues viri ſcripto prodiderunt, fœminas in mares mutari non eſſe fabuloſum. Nihil miri, videlicet hoc poſtulat viri excellentia & dignitas. Mares in fœminas tranſformari, quid ἀφυέστερον, aut magis ineptum credas? Procliuius inde eſt, vt credam δειλοὺς quoſdam eſſe, qui ſexum mentiti, γοργωποῦ illius noſtrę imaginem præ ſe ferant, vt hac προφάσει cum gratia ſubdolè inita, vos interim perdant incautos. Si me amatis iuuenes, tantum hoc flagitium non feretis impunè. Vt falſo Palladis ſymbolo nobis quis imponat? Vnum eſt, erítq; perpetuò παλλάδιον. Scimus Miſogynes quãtum tu illi debeas, quámq; ſtrenuè numen eius defenſaris: velim propterea, ſi quidem hæc συγκατάβασις tibi moleſtior nõ eſt: vt ἀνελεήμων iſta γυναικάρια concidas.

Manum pauliſper contine Miſogynes. Sunt qui hęc aliquãdo inter πολυπαθῆ fuiſſe dicant: rémq; ita habere argumento eſt genitiuus ſingularis contractus: eiuſmodi enim cum eſt, & alios genitiuos innuit contrahẽdos. Vbi ſint, aut fuerint, noſtra refert nihil: vbiubi inuenta, illic & perimenda. Stringe letale in viſcera ferrum.

Ἡ λητώ, τῆς λητόος λητοῦς, τῇ λητόϊ λητοῖ, τὴν λητόα λητώ, ὦ λητοῖ.

Τὼ καὶ ὦ λητώ, ταῖν λητοῖν.

Αἱ καὶ ὦ λητοῖ, τῶν λητῶν, ταῖς λητοῖς, τὰς λητούς.

Σαπφώ, ἐρατώ, κλειώ, αἰδώς.

Κλωθώ, καλυψώ, ἠώς, μανθώ.

Deniq; ſunt nomina quædam, συγκριτικὰ appellāt, de quib⁹ nihildum vobis eſt dictum: erit ſanè quod de illis aliquando adferatur: ſed ſuo tempore. Hîc quod ad rem præſentem attinet, paucis perſtringēdum. Illorum cōparatiuorum nominatiuus ſingularis, duas habet terminationes, ων generis maſculini & fœminini, ον neutrius: ὁ & ἡ βελτίων, καὶ τὸ βέλτιον. Duæ itidem illis ſunt contractiones, ω & ου. Priori ſedes eſt in accuſatiuo ſingulari generis maſculini & fœminini tantùm. Rurſus in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus generis neutrius.

Porrò ne quis erret, non ſtatim apparet contractio. Cum enim non aliunde ſynæreſis gignatur, quàm de vocalium cōcurſu, non quęras prius in hiſce nominibus contractionem, quàm τὸ ν quod vocalibus interiacere videbis, expunxeris: τὸν βελτίονα, βελτίοα, βελτίω. Poſterior contractio ου, eo modo quo & prior eruēda: éſtq; in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralib⁹ generis cōmunis ſita: βελτίονες, βελτίοες, βελτίους. Aduerſus ἄθλια hęc non eſt quòd te cōcitemus Agathoërge, vel eorum principem quis aggredi formidet? ipſe, cum ſuis omnib⁹, qualis hinc ſit abiturus, aut, melius dicam, qualis hîc ſit corruiturus, de eius ipſius nomine iudicatote.

Ο καὶ ἡ χείρων & τὸ χεῖρον, τοῦ καὶ τῆς καὶ τοῦ χείρονος, τῷ & τῇ καὶ τῷ χείρονι, τὸν καὶ τὴν χείρονα χείροα χείρω, καὶ τὸ χεῖρον, ὦ χείρων & χεῖρον.

Τὼ καὶ τὰ & τὼ χείρονε, τοῖν χειρόνοιν, ὦ χείρονε.

Οἱ καὶ αἱ χείρονες χείροες χείρους, τὰ χείρονα χείροα χείρω, τῶν χειρόνων, τοῖς ταῖς τοῖς χείροσι, τοὺς τὰς χείρονας χείροας χείρους, τὰ χείρονα χείροα χείρω, ὦ χείρονες χείροες χείρους, ὦ χείρονα χείροα χείρω.

Πλείων, καλλίων, ἀρείων, γλυκίων, κρείττων, μείων, ταχίων, ἀμείνων, ἡδίων, μείζων, ἐλάττων.

Αλλάγε, ϐελτιωκταὶ φωνήεντες, αὐτίκα δὴ μάλα ἀνακλητικὸν σημαίνετε.

Πολυπαθῆ.

QVi diu,multúmq; ſunt ἐν τοῖς τακτικοῖς verſati, cautionem tradiderunt belligerãtibus ſummopere neceſſariam. Vt videlicet qui in acie prima pugnant, ſi ſe infirmiores cognorint,pedem actutum referant,ínq; ſecundam ſe recipiant:hoc enim modo refocillatis animis,& viribus reſumptis,victos poſſe redintegrato prę lio victoriam ſperare.

Conſilium hocce ne primæ Contractorum aciei conduceret,& exaduerſo nobis officeret (quãdoquidem nobis obeſt, quod hoſti prodeſt) fecit hoc die ſingularis in nos Deorum beneuolentia,qua fortiter inſtãdo,& vrgendo,ſic ὀλιγοπαθῶν gentem factioſam attriuimus , ſic proculcauimus , vt ad vnũ omnes cæſi , interfectíq; ſint. Id quod dum tam inauſpicatò ſibi obuenire πολυπαθῆ nomina ſenſerunt , continuò attonita,nec progredi,nec retrocedere viſa,ſed in hanc noſtram iuuẽtutem auidius inſequentẽ, neſcio quid μηχανοῤῥαφίας conſuere. Tubicinibus itaq;, qui nos prius ad pugnam vocarant, datum ilico negotium,receptui vt canerent,non (Muſas omneis teſtor)quòd oblatos expaueſcerem hoſtes,ſed quòd eius rei,quam de me iam audietis,in mentem veniret.

Pyrrhus rex Epirotarum,& dux belli nobiliſſimus,inter cætera gerendi belli præclara dogmata,vnum hoc maximè ſuis mandabat: vt ne fugiẽti quidem hoſti pertinaciter inſtarent. Cauſas ſubiungebat,tum quòd neceſſitas animum deſperatis augeat,ad fortiúſq; reſiſtendum eos compellat: tum quòd ſic elapſi , poſtea eſſent facilius ceſſuri , dum crederent victores non ad pernitiem vſq; fugientes ſe perſequuturos. Tam ſalubre ergo documentum,ἔνδοξοι iuuenes,me permouit, vt vos cupidius irruentes in hoſtem acrem , ac de fugiendo ne cogitantem quidem,citiſſimè abducerem.

Quòd ſi opinamini, vos minimè inconſultè pugnam cum Multipaſſis flagitaſſe:contrà verò , vobis à me aliquam poſſe

videri ortam iniuriam, vt quos à tanta decernendi auiditate arcuerim,veſtríſque mentibus inſitum vigorem compeſcuerim. Sanè vt eſt cur veſtram alacritatem ego magnifaciam, & apud omnes olim prædicem,ita & viciſſim eſt,cur ego tanti illius ὁρμήματος rationem circunſpectè agam & anxiè. Scitiſſimè eſt dictum, ἀσφαλὴς ἐς' ἀμείνων ἢ θρασύς. Qui tutò rem agit,commēdatior eſt,q̃ qui audacter. Quantas ſecum ruinas ſemper traxerunt præcipitata cōſilia? Sæpe videas ſucceſſibus tumidiores,in præcipitium ferri, atq; ad extrema redigi. Proinde etiam atque etiam nobis eſt videndum, ne quid temeritate admittamus,aut pœnitendum faciamus. Viderũt pleriq; veſtrum in primo congreſſu Ὀλιγοπαθῶν quàm titubanter dimicarit, atq; adeo quàm non leuiter periclitatus ſit Neophytus. Eſt in πολυπαθῶν τάξεσι,quod virum magis deſiderat: ſed & de ipſis indubitatò triumphabimus,ſi promiſſam maturabimus victoriã. Alcimus,Periphanus, & duo γενναῖοι illi fratres Megathymus & Megalius, certaminis hactenus tãtùm fuere ſpectatores. Nondum θερμουργοῦ illius Nicephori intolerabiles conatus ſenſit hoſtis. Illis adiungatur ἐπίσημος ὁ κωνσταύτινος, & huic ἀντάξιος Θεόδωρος. Rurſus Χρυσολωρᾶς ille διαπρεπής, Χαλκόνδυλος Οὔρβανος. Sine quorum & aliorum ἰσομάχων præſidio, συστρατιῶται amiciſſimi, nolim vos Multipaſſa prouocare,cum his autem in tempore ego ipſe vos non dubitabo ad ea laceſſenda ad pugnam acriter inſtaurandam ciere. Demirabitur poſteritas veſtram virtutem,ſed hoc amplius faciet ad miraculum,cum omnibus vobis indemnibus receptis partam intelligẽt tantam victoriam. Sed de veſtris viribus & animis certiſſimus, hæc taceo:accedẽtium autem πολυπαθῶν feſtino vobis multiplicem & mirè varium explicare genium.

Erunt Multipaſſorum tres tãtum ordines. Oportet verò ne propterea quòd acies hæc ἐναρίθμητος ſit,ipſa tibi contemptibilior iudicetur:neu hinc veſtrum vllus fiat ſocordior. Sunto enim ſolùm illa τριμερῆ, certè ſi ſingularum partium ſingulos

milites recenſueris, hanc vnam aciem ambabus alijs comperies longè prægnantiorem: vti eſt videre ab arboribus quandoq; minutis, proceras & latè ſparſas copioſiore ſuperari fructu, & præſtantiore. Et id dolo fecerint nec ne, ſatis mihi nondum conſtat, ſed cũ ferè in inſtructo exercitu qui medij ſunt, ijdem ſint & peſſimi, hîc aliter euenit: quoniã medios δυσπολεμήτους, & penè dixerim ὑπερβίους experiere. Pax, aliud agendum. Sed non procul eſt hoſtis, & atrociſſimæ μάχης tempus inſtat. Quare qui ſe reducem & ſaluum volet, ab ijs quæ dico aurem nemo auertat.

In primo Multipaſſorum στοίχῳ, nomina ſunt τριχῶς variegata. Primæ formæ ſunt in ης partim ſubſtãtiua, ὁ δημοσθένης: partim adiectiua κοινὰ, ὁ καὶ ἡ σαφής. Quorum neutra alteram induũt ſpeciem, τὸ σαφές. Tertij generis ſunt ſubſtãtiua quędam in ος neutra, γένος.

Contrahuntur hæc nomina in omnibus caſibus, in quibus contractioni locus eſſe poteſt, nempe vbi vocalium emergit συνουσία.

Quinque habent contractiones, ου η ει οι & ω. Quæ fiunt ex ε præcedẽte εο ου in genitiuo ſingulari: δημοσθένεος, δημοσθένους. η contractio eſt accuſatiui ſingularis, ex εα facta, item nominatiui, accuſatiui, & vocatiui dualiũ ex εε: δημοσθένεα, δημοσθένεε, δημοσθένη. Nam quandocunq; poſt εα & εε litera σ nõ ſequitur, in η fit ſynæreſis: ſi autem ſequitur, fit in ει: vnde nata eſt tertia cõtractio ει in nominatiuo accuſatiuo & vocatiuo pluralibus, δημοσθένεες, & δημοσθένεας, δημοσθένεις. Quæ eadem fit ex εϊ in datiuo ſingulari, δημοσθένεϊ δημοσθένει. Vt videre hinc ſit prõptiſſimum, ſi quis noſtra hæc rectè perceperit, non ita operoſum fore primum examen peſſundare. Prima enim ου ſolius eſt genitiui ſingularis, η & ει proximè accedũt ad ea quæ facta ſunt in primo ὀλιγοπαθῶν globo. Iam οι quæ eſt genitiui & datiui dualium, & ω quæ genitiui pluralis, ex εοι & εω prodeunt, δημοσθενέοιν δημοσθενοῖν, δημοσθενέων δημοσθενῶν. Porrò ex pręſcri-

pta dudum regula,cui non manifeſtum eſſet, cõtrahi ita oportere? Agite bellicoſiſſimi iuuenes,irrumpite,& in cõtumaces hos ἡγεμόνας dexteras primum inijcite validiſſimas.

Ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, καὶ τὸ ἀληθὲς, τοῦ δὲ τῆς καὶ τοῦ ἀληθέος ἀληθοῦς, τῷ καὶ τῇ καὶ τῷ ἀληθέϊ ἀληθεῖ, τὸν δὲ τὴν ἀληθέα ἀληθῆ, καὶ τὸ ἀληθές, ὦ ἀληθές.

Τὼ δὲ τὰ καὶ τὼ ἀληθέε ἀληθῆ, τοῖν δὲ ταῖν δὲ τοῖν ἀληθέοιν ἀληθοῖν.

Οἱ δὲ αἱ καὶ ὦ ἀληθέες ἀληθεῖς, τὰ δὲ ὦ ἀληθέα ἀληθῆ, τῶν ἀληθέων ἀληθῶν, τοῖς καὶ ταῖς δὲ τοῖς ἀληθέσι, τοὺς καὶ τὰς ἀληθέας ἀληθεῖς, δὲ τὰ ἀληθέα ἀληθῆ.

Τὸ καὶ ὦ τεῖχος, τοῦ τείχεος τείχους, τῷ τείχεϊ τείχει.

Τὼ τείχεε τείχη, τοῖν τειχέοιν τειχοῖν.

Τὰ καὶ ὦ τείχεα τείχη, τῶν τειχέων τειχῶν, τοῖς τείχεσι.

Διογένης, περιφανής, ἀσεβής, ἀκανθώδης, ὀλιγοπαθής, εὐανθής, ἐναργής, ἀειδής, δεκαετής, πολυπαθής, σκέλος μύσος ὄρος βρέφος σθένος.

Non me latet, μειράκια ἐξοχώτατα, quàm ſtudioſè meã ſemper ambiueritis gratiam, eam autem hoc tẽpore inibitis ſempiternam, ſi pro viribus cõnitemini, ſubſequentis συστήματος prodigioſas calliditates,& impoſturas retundere. In tota contractorum gente,non eſt alia quàm hæc verſutior, & ad viros ἀσκέπτους illudẽdos accõmodatior. Ad eam igitur perdomandam,quod nos prodemus pacatis animis accipite, & cõfeſtim in eius πανωλεθρίαν valida veſtra proferte brachia: certiſſimi nihil poſthac tantum futurum,quod inſignem illam,quæ vos manet,remoretur victoriam.

Eſt hic ordo nominum in ις & ι deſinentium: ὁ ὄφις, ἡ διαίρεσις, τὸ σίνηπι. Quorum cõtractiones bifariam ſunt ſpectandæ. nam earum aliꝫ ſunt propriæ,aliæ verò ἄλλοθεν accitæ. Propriꝫ captu ſunt perfaciles,quoniam ſemper in ι fiunt: idque in quatuor tantùm caſibus: datiuo ſingulari, nominatiuo, accuſatiuo,& vocatiuo pluralibus: τῷ ὄφιι ὄφι, τῷ σινήπιι σινήπι, οἱ καὶ ὦ ὄφιες ὄφις, τὰ καὶ ὦ σινήπια σινήπι. Vt nõ ab re,ſi vna hæc contra-

hendi ratio ipſis obtigiſſet,inter Paucipaſſa fuiſſent reponēda. Præter ſimplicem verò illam in ι contractionē,aliæ duæ ſunt: quæ quoniam non ſine grandi τῶν ἑλληνιζόντων moleſtia,frequētiſſimè occurrunt, tacitæ proptera præteriri non potuerunt. Quoniam rurſus eædem ſuperiori additæ, multò auctiorem reddunt συναιρέσεων cumulum, iure optimo ſunt πολυπάθεσι nominibus adiudicatæ.

Adſcititiæ contractiones duæ ſunt: ει & η. Prior prius nobis expendetur, alteri ſuus locus ſeruabitur. Collocatur ει in quatuor caſibus:datiuo ſingulari,nominatiuo,accuſatiuo,& vocatiuo pluralibus.

Verùm hoc nō ante fit, quàm duo παθήματα interuenerint: Ionicum prius, deinde Atticum. Id autem quî fit,vide. Eſt in penultima vocis communis litera ι, quæ ἰωνικῶς in ε mutatur. ſic à datiuo cōmuni ὄφει,fit Ionicus ὄφεϊ: ab ὄφιες & ὄφιας, ὄφεες & ὄφεας. hos deinde caſus ἀττικῶς contrahis ea prorſus forma, quæ accidit in ſimilibus caſibus τῷ ἱερεύς, & τῷ ἀληθής: videlicet vt ab ὄφεες & ὄφεας oriatur ὄφεις. Hæc de ει.

Altera contractio η in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo dualibus eſt ſita.Adhęc in ijſdem caſibus neutrorum pluraliū. Quandoquidem poſteaquam κατὰ τὴν ἰάδα penultimę ſyllabę ι in ε verteris,εα & εε κατὰ τὴν ἀτθίδα in η mutabis:ὄφιε ὄφεε ὄφη, σινήπια σινήπεα σινήπη.Sed inſolēs minus nobis hoc fuerit,ex ipſis præſertim debellatis ὀλιγοπάθεσι.

Parumper adhuc ſuſtinete,& non demiſſa aure iſthæc paucula intelligite. Genitiuus ſingularis non contrahitur, quare neq; aliorum vllus: varij autem ſunt: eſt communis in ιος,vt ὄφιος:Ionicus in εος,ὄφεος: & Atticus in ως,ὄφεως. Dualis genitiuus communis ὀφίοιν,Ionicus ὀφέοιν,Atticus ὀφεῷν.vbi prę ter regulam in ſequentem δίφθογγον οι non fit contractio, ſed ο in ω mutatur, cui ι ὑπογράφεται. Nunquam enim datiuus ſuo ι deſtituitur, vt interim non dicamus τὰ εἰδικὰ τῶν γενικῶν ἀεὶ ὑπερέχειν.Pluralis communis ὀφίων,Ionicus ὀφέων, Atticus

ὄφεων: duobus poſtremis ſolo accentu diſcrepantibus.

Accuſatiuus ſingularis, niſi ſit neutrorũ, per ν exit. Datiuus pluralis à datiuo fit ſingulari: communis à communi, Ionicus ab Ionico, ſecundum legem in quinta declinatione τῶν ἀσυναιρέτων latam. Sed de his μέχρι ποῦ; Aggrediundum. Quid cunctamini? fœdus hinc abſit ὀψισμός, ego ipſe præeo. Ducem intrepidè ſequimini, κορυφαῖον hunc proteramus.

Η καὶ ὦ λέξις, τῆς λέξιος λέξεος καὶ λέξεως, τῇ λέξιι λέξι λέξεϊ λέξει, τὴν λέξιν.

Τὼ καὶ ὦ λέξιε λέξεε λέξη, ταῖν λεξίοιν λεξέοιν καὶ λέξεῳν.

Αἱ καὶ ὦ λέξιες λέξις λέξεες λέξεις, τῶν λεξίων λεξέων καὶ λέξεων, τὰς λέξιας λέξις, καὶ λέξεας λέξεις.

Τὸ καὶ ὦ σινήπι, τοῦ σινήπιος σινήπεος καὶ σινήπεως, τῷ σινήπιι σίνηπι, καὶ σινήπεϊ σινήπει.

Τὼ σινήπιε σινήπι, καὶ σινήπεε σινήπη, τοῖν σινηπίοιν σινηπέοιν καὶ σινήπεῳν.

Τὰ καὶ ὦ σινήπια σινήπεα σινήπη, τῶν σινηπίων σινηπέων καὶ σινήπεων, τοῖς σινήπισι καὶ σινήπεσι, τὰ σινήπια σινήπεα σινήπη.

Ἐξήγησις, ἕξις, ἀντίθεσις, ἀφαίρεσις, ἐναντίωσις, δεξίωσις, διαίρεσις, κτῆσις, ἔνδειξις, κατάληψις.

Poſt tam durum tãmque horrẽdum agmen, ἀνδράρια quædam vaniſſima in ας purum & ρας finita στιχηδὸν, ſi dijs placet, ſe collocarũt. Quorum qui dux eſt, cornua ſuperba tollit, atq; neſcio, quomodo de ſe magnificè ſentit. Verũtamen perquã mirum ſi Thraſoni glorioſulo illi συμμαθητὴς non eſt, vel σύναιμος etiam. Poſt principia etenim verius quàm inter ea hîc mihi ſubſidere videtur. Sapere ſe egregiè putauit, ſi, quomodo fortem decet militem, loco ſibi caueret. Mea, ſpero, nõ aberrauit coniectura.

Præcogitauit hic ἴσμος, hoſtem nullum tam eſſe potẽtem, qui, fractis quæ ante erant propugnaculis, in ſe penetraret. Quod ſi forſan Deorum inuidia contingeret, ſeruari tamen

ſe poſſe, ſi ἀπαθεῖς crederētur, quales obtutu primo videri poſſent: vt quæ in genitiuo ος impurum haberent, à κρέας enim & τέρας, κρέατος dicimus & τέρατος. Verùm vt propugnatorū iam extinctorū frangere peruicaciā licuit, quid ni liceat & horū qualeſcūq; dolos naſutis odorari? Non es adeo cæca iuuentus ſi pro veris falſa quis obtēdat, quin id quod res eſt, iudicio probes & ratione. Cur tecum ita non colligas? Quæ nomina ὀλιγοπαθῶν ſedem tenuerunt vltimam, ante extritum ν incontracta erant. illius autē ipſius ν diſpunctione, ſynæreſi ſubijciebantur: verè ex his nominibus, tantiſper dum vltima eorum ſyllaba τ habet, ἀπάθειαν ineſſe par eſt. Quòd ſi nō negant Iones ipſum τ aliquando intercipere, ſubiunge nihil miri ſi Attici, hiulcarum vocum impatientiſſimi, tum eas contrahant.

Igitur nomina hæc in omni caſu in cuius vltima τ eſt, eo de medio ſublato Ionicè, Atticè contrahuntur vel in α vel in ω. Poſt α enim præcedentem vocalem, ſi ο vel ω ſequatur, in ω fit contractio. κρέατος κρέαος κρέως, κρεάτων κρεάων κρεῶν. Alia quacūq; vocali ſubeūte fit contractio in α, κρέατα κρέαα κρέα.

Deniq; huius memineris, & cornua, capitáq; horum quamlibet ſuperbientium comminuiſti. Vtrouis modo contrahas, ſicubi ι adfuerit, ipſum ſubſcribe, κρέατι κρέαϊ κρέᾳ. Quando enim viſus ſuæ vocalis datiuus expers?

Τὸ καὶ ὦ κέρας, τοῦ κέρατος κέραος κέρως, τῷ κέρατι κέραϊ κέρᾳ.
Τὼ καὶ ὦ κέρατε κέραε κέρα, τοῖν κεράτοιν κεράοιν κερῷν.
Τὰ καὶ ὦ κέρατα κέραα κέρα, τῶν κεράτων κεράων κερῶν, τοῖς κέρασι.

Τέρας, γῆρας, δέρας,
Γέρας, πέρας.

Ὀλιγοπαθῆ.

VEntum tādem eò, vbi horum nominum eſt aſylum, vbi ara ſanctiſſima, vbi ſacra, quod aiunt, ancora. vbi denique extremo quidem verum non ita forti adnitendum nobis erit conatu. Nam quo ſpectatiores quōdam ha

biti ſunt Triarij,hoc molliora iſthæc ὀλοπαθῆ poſtmodum cognoſces. Paucorum ordinũ paucos, eoſdémq; ἀπειροπολέμους videbis milites. Minarum & iactantiæ ſatis,animorum autem & virtutis vix ſemunciam deprehendes. Adeo vt nõ alius ſit futurus conflictus, quàm vobis pertinaci labore cædendi defeſſis gratiſſima quies. Agedũ Martia pubes,nõ ſit poſthac vnde miſellus iſte Circunflexorũ populus vllum ſperet præſidiũ.

De tribus ergo, quæ hîc ſunt factionibus, primam concitarunt quædam in οος οη & οον nomina, ἰδικώτερον ipſa deriuata. nam nõ de quinta ſimplicium declinatione(vnde cætera fluxerunt)ſed de ſecunda & quarta manarunt. Cuiuſmodi ſunt ἁπλόος,ἁπλόη,ἁπλόον. At vndecũq; profecta ſint nihil moueatis:gladiũ potius quo ea promptiſſimè iugules cape.en autem.

Niſi poſt ο inueneris vocalem natura longam,vel diphthongum ſubiectam, ſemper in ου contrahe. ἁπλόους ἁπλοῦς, ἁπλόαι ἁπλαῖ,νοὶ νοῦ.

Papæ quàm fluctuanti animo eſt λοχαγωγός? huius profecto ſpes fluit, ac retro ſublapſa refertur. Languèſcit diutius, feri. Sed antè quàm hoc agis, ſcire te oportet, ea nomina quæ in quarta ὀλιγοπαθῶν ſerie ſunt poſita,eſſe de huiuſce cõiurationis nominibus nata. A νόος enim fit νοῦς:quod deinde variatur, νοῦς, νοός,νοὶ,νόα καὶ νοῦν.Cęterum his quàm illis non magis parcetur. Cordatus erat qui dicebat:

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας,παῖδας ὑπολείπει.
Eſt fatuus qui patre perempto pignora linquit.
Nos paribus animis hoc accinemus:
Νήπιος ὃς κτείνας υἱοὺς,πατέρας καταλείπει.
Enectis liberis,ſtultum ſeruare parentes.
Ο ῥόος ῥοῦς,τοῦ ῥόου ῥοῦ,τῷ ῥόῳ ῥῷ,τὸν ῥόον ῥοῦν,ὦ ῥόε ῥοῦ.
Τὼ ῥόω ῥῶ,τοῖν ῥόοιν ῥοῖν.
Οἱ καὶ ὦ ῥόοι ῥοῖ,τῶν ῥόων ῥῶν,τοῖς ῥόοις ῥοῖς,τοὺς ῥόους ῥοῦς.
Νόος,βόος,πλόος,ἁπλόος,
Διπλόος.

Alterius *σμήνους* ſunt, in *οεὶς* nomina, quibus (ne *σοβαρὸν* hoc genus timeas) vnica (pudet dicere) eſt contractio, *ου* quæ ex *ε* præcedente fit, & *ο* ſequente.

Tanti autem faſtus, vt inter poſtrema ſcilicet locũ ſibi hæc vendicarent, cauſa forſan fuit, quòd etiam ſi poſt vocalem diphthongus ſequatur, in diphthongum tamen non fiat contractio. nam à *σιμόεις* non fit *σιμεῖς*, verùm *σιμοῦς* colliſa vocali poſteriore diphthõgi. Aut, quòd non in penultima ſolùm (id quod non aliter ferè vſuuenit) ſed & in antepenultima extet contrahendi occaſio, *σιμόεντος*, *σιμοῦντος*. Sed nos nimis *καταγελάστως* loqui etiam dignamur, *σύγκοπτε*. nam magis ac magis rareſcunt. Erroneum ſaltem hunc malè mulcta.

Ὁ καὶ ὦ πλακόεις πλακοῦς, τοῦ πλακόεντος πλακοῦντος, τῷ πλακόεντι πλακοῦντι, τὸν πλακόεντα πλακοῦντα.

Τὼ καὶ ὦ πλακόεντε πλακοῦντε, τοῖν πλακοέντοιν πλακούντοιν.

Οἱ καὶ ὦ πλακόεντες πλακοῦντες, τῶν πλακοέντων πλακούντων, τοῖς πλακόεισι πλακοῦσι, τοὺς πλακόεντας πλακοῦντας.

Inſta. De contractis nominibus actum: hui quàm imbellia, quàm pauca, & quàm anguſtis concluſa ſpatijs *λείψανα*. Poſtremum omnium contubernium paucula quædam nomina in *οῖς* capit, & vnum *ὗις*. In *οῖς*, *ο* & *ι* ſecretas vbique literas contrahunt. vt *φθόϊς φθοῖς*.

Quid? rebellant? detrectant imperium? obfirmare ſe audẽt? De illis enim audiſſe me hoc puto: Fractis rebus violentior vltima virtus. Scin' quid hoc ſit? In re quam nobis arbitrãtur reconditiorem, neſcio quid præſidioli collocant. Longiſſimè autem falluntur. Non ij ſumus qui de ſumma cute, res æſtimemus. Audite modò.

Sibi propterea parcitum iri credunt, quòd *ος* genitiui impurum habeant, *οῖς* enim *οἴδος οἴδι* facere. Ah quaſi verò idonei ſimus, quibus ſic illudatur. Num profuit *ν* vltimo *ὀλιγοπαθῶν* ordini? Et *τ* magnopere videlicet contulit poſtremo *πολυπαθῶν* agmini. his *δ* non magis conduxerit, quod pro ſuo arbi-

tratu ſubinde expellunt, vnde illis cõtrahendi cauſa, ab ὄϊδος enim faciunt ὄϊος, hinc ὀιός.

Abſtruſius eſt, & ad imponendũ magis aptum. Nomina hęc in accuſatiuo ſingulari, adhæc in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus ſubcontractè variãtur: planè ad inſtar nominum ſecundæ cateruæ Multipaſſorum. Nam præter ὄϊδα, gignunt ὄϊν, & inde ὀῖν. Poſt ὄϊδες & ὄϊες contrahunt ὀῖες, & hinc ſubcontractè ὀῖς ὄϊδας ὄϊας ὀῖας καὶ ὀῖς. Hęc ſumma conſiliorũ, & ſpei quam alebant hi κακοῦργοι.

Hoc amplius addo, non ſolum ν τ & δ ſuppreſſa locum facere cõtractioni, ſed & θ: quod cõfirmat ὄρνις, ὄρνιθος: cuius plurales caſus ὄρνιθες & ὄρνιθας gignũt ὄρνιες & ὄρνιας, à quibus ὄρνις cõtracta vox deriuatur. Sed in hoc genere vel modicè exercitatis difficile nõ eſt ludibria huiuſmodi auertere. Pergite λάσιον hunc deglubere, vt verè iuxta prouerbiũ dicat, ὄϊς τὴν μάχαιραν.

Η καὶ ὦ ὄϊς ὀῖς, τοῦ ὄϊος ὀιός, τῷ ὄϊι ὀιί, τὴν ὄϊιν ὄιν καὶ ὀῖν.

Τὰ καὶ ὦ ὄϊε ὀῖε, ταῖν ὀΐοιν ὀίοιν.

Αἱ καὶ ὦ ὄϊες ὀῖες καὶ ὀῖς, τῶν ὀΐων ὀιῶν, ταῖς ὀΐσι ὀῖσι, τὰς ὄϊας ὀῖας καὶ ὀῖς.

Tandem proſiliat mihi iuuenis quiſpiã φονικώτατος, cui certamine haudquaquã ἀμφηρίστῳ res tota hæc conficiatur. Quod fiet ſi horum meminerit, ὀλιγοχρόνιον nomen hoc ὑϊς cõtrahit duo ι in vnum: quoniam poſt diphthongum υ vocalis ι ponitur, protinus contrahenda: diphthongi etenim quàm vocalis vis maior eſt, idcirco illa hãc ad ſe trahit, ὑΐος ὑῖος. Quę res vbiq; fit, præterquam in nominatiuo, & συνακολούθως in vocatiuo: vbi ὑϊς ſolummodo inuenitur. Pluralis item datiuus demitur, vbi ἀσυνάπτως ὑΐσι tantùm effertur.

Forſan inde colligas, ὁλοπαθὲς igitur nomen hoc non eſt: vt non ſit nomine, reapſe proculdubio hoc die erit. Malè perdendi inter malos deprehenſi. Quoniam vidit nullum eſſe ex πολυπάθεσι, quod ſuo more contraheretur, alium proinde ſibi quærere locum inſtituit. Iam, an non vt quis qualis cenſeatur, animus potiſſimum ſpectãdus? huic, vt inter Omnipaſſa eſſet,

nõ defuit voluntas,ſed per regulã ſtetit, vno hoc nomine potẽtiorem.Per eã enim cauetur, Ne poſt diphthõgum υ conſonãs vlla ponatur.Id quod eſſet,ſi ὑίυς in ὕϊς, & ὑίυσι in ὑίσι contraheres . Fuerũt tamẽ quibus συναίρεσις magis arrideret,verũ ne regulæ iniuria fieret, α interiecerũt,ὑίασι ꝓ ὕϊσι ꝓnũciãtes.

Age age ὦ ferociſſime ὀξαγὲ,vndénã tibi ἀσφάλεια? tu,obſecro,vnus ἄθραυσος euaſeris?Seruabere ſolus?vel ipſum tuũ nomẽ te hinc auocare debuerat.nam neſcio quid debile adhuc, nec ſatis ἀντεξόσιον ſonat.Puerilis tuæ virtutis lubet nobis aliquod ſpecimen exhibere?Vtinam Plutarchum arma tibi congrua præſcribentem audiſſes: παισὶν,inquit, ἀτρεμεῖν μὴ δυναμένοις,οὐ δόρυ καὶ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγὴν καὶ σφαῖραν δοτέον. filijs irrequietis, nec quieſcere valentibus, non haſta aut enſis, ſed crepitaculum & ſphæra committenda . Sed inſultatum ſatis. miſerum hunc Pandexius tollat.Nos interim ſecedamus.

Ο καὶ ὦ ὑίυς, τοῦ ὑίυος,ὕϊος:τῷ ὑίυι,ὕϊι:τὸν ὑίυα,ὕϊα.
Τὼ καὶ ὦ ὑίυε,ὕϊε:τοῖν ὑίυοιν,ὕϊοιν.
Οἱ καὶ ὦ ὑίυες,ὕϊες:τῶν ὑίυων,ὑίων:τοῖς ὑίυσι καὶ ὕασι:τοὺς ὑίυας,ὕϊας.

Aduerſarijs omnibus ad vnũ peſſimè mulctatis,eorũ tantũmodo ſuperſunt impedimẽta, lixis & calonibus excutiẽda,cõpilãda & diripiẽda. Nos de trophæo ſplẽdidè erigẽdo nõ prius diſpiciemus , quàm verborũ cõtractorum acies deleuerimus. Quãdoquidẽ,ſi Pindaro credimus,ἔστιν ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων,πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.Incerta eſt fortuna etiã pugnãtiũ,priuſquã ad ſummũ finẽ perueniatur. Perpetuo hoc biduo Dijs primùm ob cõceſſam vobis victoriã pſalletis:deinde animi gratia luſitare vobis licebit & cãtillare:inter cantus autẽ & modulamina,ſaltus & tripudia,erit de cæſis hoſtibꝰ nõ iniucũda diſputatio. Qui ægrè victi, cõtrà autẽ qui ad cædẽ expoſiti: qui cautè, qui ridiculè ſuperati. Animis poſtremò recreatis,& corporibus refectis,ad me redite:quid cũ Verbis poſthac agere vos oporteat,& quibus cõſilijs illa peruinci queãt,audituri.

Τὰ τῶν συνῃρημένων ὀνομάτων σκευοφόρα.

Contractio Nominum fit præeuntib⁹ vel duabus breuibus, vel tribus ancipitibus.

ε { α, α, ε, ε, ο, οι, ω } in { η, ει, η, ει, ου, οι, ω }

- η δημοσθένεα, δημοσθένη.
- ει δημοσθένεας, δημοσθένεις.
- η ἱερέε, ἱερῆ.
- ει βασιλέες, βασιλεῖς.
- ου ἀληθέος, ἀληθοῦς.
- οι ἀληθέοιν, ἀληθοῖν.
- ω τειχέων, τειχῶν.

ο { α, α, ε, ει, η, ι, ο, ω } in { ω, ου, ου, ου, η, ι, ου, ω }

- ω λητόα, λητῶ.
- ου βόα, βοῦν.
- ου μείζοες, μείζους.
- ου σιμόεις, σιμοῦς.
- η ἁπλόη, ἁπλῆ.
- ι λητοΐ, λητοῖ.
- ου λητόος, λητοῦς.
- ω νόῳ, νῷ.

α { α, ε, ι, ο, οι, ω } in { α, α, ᾳ, ω, ῳ, ω }

- α κέραα, κέρα.
- α κέραε, κέρα.
- ᾳ κέραϊ, κέρᾳ.
- ω κέραος, κέρως.
- ῳ κεράοιν, κερῷν.
- ω κεράων, κερῶν.

ι { α, ε, ι } in { ι, ι, ι }

- ι ὄφιας, ὄφις.
- ι ὄφιες, ὄφις.
- ι ὄφιι, ὄφι.

υ { α, ε, ι } in { υ, υ, ι }

- υ βότρυας, βότρυς.
- υ βότρυες, βότρυς.
- ι ὑίιες, ὑῖες.

LIBER NONVS.

PLato ille Palladis, γνήσιος alũnus, & modis omnibus, maximè verò ſi παιδείαν ſpectabis & ὁπλομαχίαν, ſuſpiciendus, dicebat: ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔστησαν: Pauidi, & nullius animi homines, trophæum nunquam ſtatuerunt. De cuiuſmodi ac tã indecora ἀθυμίας, vos φιλάθλοι, quàm procul abſitis, non modò recens illa Nominum ἐπικράτησις, ſed & acceleratus huc ad me veſter reditus (præſertim cum per multas voluptatum illecebras feriari, vos oblectare, & genio indulgere liceret) non dubiã fidem facit. Quo fit, vt vtriuſque rei nomine hîc magnopere cupiam luculenta aliqua oratione vos excipere, ſi immodica & iam capitibus noſtris imminentia negotia permitterent. Verũ ea vt ardua ſunt & ſeria, ita celeritatem deſiderant tantam, vt ad ea obeunda atque perficiunda ſi paululum ceſſes, acerbas procraſtinationis pœnas des neceſſe ſit.

Verba περισπώμενα, quibus dudum à nobis funeſtum bellũ, atq; implacabile odium ſcitis indictum, & cum quibus vt dimicaretis properãter huc recurriſtis, illa inquam verba, poſteaquàm audiuerunt nominum contractorũ acies non minus feliciter quàm viriliter de vobis acciſas (omnibus enim illis peremptis, vos nulla noxa omnes euaſiſtis) inflammatis protinus animis, de ingenti illa ſtrage grauiter vindicanda cœperunt cogitare. Et iam fama tenet, confragoſis caſtrorum relictis locis, ea in campum deſcẽdiſſe, atq; illic noua quadam ſedulitate ſuas cohortes ordinare. Veſtras virtutes vberiori ἐγκωμίῳ & pacatiori celebrare, aliàs fuerit tẽpeſtiuius. Agite igitur ἀρηΐφιλοι iuuenes, de perfringendis eorũ ceruicibus, déq; eorũ peruicacia retundenda viciſſim diſpiciamus. Armorum crepitus paſſim intelligatur, fulgor eorum terrificus vbiq; conſpi-

ciatur. Ad cædes vos ita componite, vt nullus tam ferox hoſtis vſquam occurrat, qui vobis continuo inſpectis totus non trepidet, atque exhorreſcat.

Attendite, attendite autem, momento non caret, quod dicam. Viri boni & docti, qui de re ſcripſerunt militari, tradunt, Martijs operibus addictos, quales eſtis vos, vigilantibus oculis eſſe debere. hoc enim non ad inferenda ſolùm vulnera, ſed & ad ea quæ illata ſint declinanda, omnino conducere. Proinde è re noſtra viſum eſt maximè fore, ſi ante συμπλοκὴν, perſpicaces alioqui, mentium veſtrarum oculos (nam hiſce potiſſimũ cernimus) dogmatis & hortaminibus, velut quibuſdam προβολαῖς præmunirem. Nam, obſecro, quis vſqueadeo veſanus, qui de armorum potius, quàm de animi & rationis prędiſio victoriam ſperet? Huc adde, ne tibi vni fidas, quod in bello, ſi alibi certè vſpiam, ἰδιοβουλεύειν, & proprijs inniti ſenſibus, longè eſt periculoſiſſimum.

Primùm ergo, quæ vniuerſo generi horum verborum communia ſunt, expendemus. Pòſt, quæ vnicuiq; propria. Deinde gentis huius inſidioſæ technas prodemus. Poſtremò, verba ad rem cõferentes, Contracta iſta, in ſuis quæq; ordinibus, obtrũcabimus: inde trophæum memorabile erigemus, deniq; inde triũphabimus. Quæ omnia vt promptius & fortunatius nobis cõtingãt, quod iam damus intẽtis auribus & animis accipite.

Quomodo de quinta declinatione nominum ſimplicium deducta ſunt συνῃρημένα nomina, non à quibuſlibet autẽ ſimplicibus illis, ſed ab ijs demum quibus eſt vocalis pura: eo modo & περισπώμενα de ſexta tãtummodo coniugatione varitonorum deriuantur & manant, non à quibuſuis autem illis, verùm ab ijs ſolùm, quibus ante finale ω vna harum vocalium α ε ο ponitur, vt γελάω, πλέω, στεφανόω.

Rurſus quemadmodum hęc verba ante factam contractionem, propterea βαρύτονα nuncupantur, quòd in penultima tonum habeant acutum, ita poſtquam contractione accedente

tonum induerunt circunflexum, περισπώμενα vocitãtur. Qua ratione ἐν τοῖς βαρυτόνοις literæ quæ ω finale præcedunt, characteriſticæ dicuntur (quòd illæ videlicet ſint quædã diſtinguendarum coniugationum ſigna & notulæ) non abſimili modo tres hæ vocales α ε ο, quæ ante cõtractionem τὸ τελικὸν ω præeunt, verborum itidem circunflexorum characteres cenſebũtur, vt α primæ συζυγίας, ε ſecundæ, ο verò tertiæ adſignetur.

Iam, quò tu futurum nobis certamen minus acre & horrendum intelligas, in duobus ſolùm temporibus, præſenti & præterito imperfecto συναιρέσει locus eſt. Quæ ipſa duo tempora, licet in Indicatiuo ſeparatim flectantur, in alijs certè ἐγκλίσεσι iunctim variantur.

Sciunt omnes præcipuam varytonorum difficultatem in augmentis ſubinde mutandis conſiſtere, ea nos moleſtia hîc planè liberabimur: cum quæ in hanc rem illic præſcripta ſint, noſtris circunflexis perbellè congruant.

Quam vocalem habet primum futurum τοῦ ἐνεστῶτος in penultima, eam ipſam indefinitum prius, præteritum tam perfectum, quàm pluſquamperfectũ ſeruant. A βοάω igitur quoniã futurũ fit βοήσω, fient idcirco ἐβόησα, βεβόηκα, & ἐβεβοήκειν. Contrà de γελάω, γελάσω naſcẽtur ἐγέλασα, γεγέλακα, ἐγεγελάκειν.

Et hinc paratior victoria, quòd cum imperfectis hoſtibus, & mancis res ſit nobis futura. his enim verbis quatuor tempora deſiderãtur: præteritũ perfectũ medium, ac proinde ſoboles illius & propago pluſquãperfectum. Rurſus hinc aberunt Indefinitum & Futurũ poſteriora. Eſt tamẽ vbi verba hæc, ex quatuor iam dictis temporibus tria prima forment, ſed rariſſimũ hoc: ídque non niſi in prima & ſecunda coniugationibus. Futurum autem vltimum in nulla prorſus reperias.

De Indefinito poſteriore, ſi vſquam fortè extabit, hoc ἰδικώτερον notabis: De contracto ſcilicet, potius quàm de cõtrahendo & perfecto ipſum gigni, Propterea ἔδουπον & ἔδραμον, à δουπῶ & δραμῶ verius, quàm à δουπέω & δραμέω nata credã-

tur. Id quod & regula defenditur: affirmante illa & iubente, Indefinitum poſterius ſuo themate & præſenti tempore maius eſſe, τύπτω ἔτυπον. Quæ res nequaquā fieret, ſi de χέω: non de χῶ ἔχον duceres.

Quondam in tractanda tertia plurali perſona præteriti perfecti modi Indicatiui varytonorū διαθέσεως paſſiuæ, opus fuit obſeruato, ante ται vltimam ſyllabam tertiæ ſingularis perſonæ, vocaliſne eſſet, vt inde per interiectionem τοῦ ν pluralis illa fieret, κέκλιται, κέκλινται. Vocalis enim ſi nō præfuiſſet, neq; illa pluralis tertia perſona eſſet. In his verbis cum illud ται perpetuò purum ſit, & tertiam pluralem eſſe eſt conſectaneum, βεβόηται, βεβόηνται.

Non modò autem in tertia illa plurali perſona παρατήρησις erat adhibēda, ſed & in omnibus omnium numerorum perſonis præteriti vtriuſq;, perfecti nimirum & pluſquamperfecti, quæ in Optatiuo & Subiunctiuo modis, per participiū & verbum ſupplebantur ſubſtantiuum, τετυμμένος εἴην, τετυμμένος ὦ. Certè in conuentibus circunflexorum vt abſit illa perſonarum περίφρασις, quòd illis duobus modis ſuæ ſint, neq; aliunde quæſitæ perſonæ, eiuſmodi tamē illæ ſunt, vt eas nō ſine ſolerti conſideratione cognoſcas. Quæ res non mediocrem μεγαλαυχίας anſam Circunflexis porrexit. Illorum autem iactantiam ſic deijciemus.

Prima perſona ſingularis præteriti perfecti & pluſquamperfecti modi Optatiui paſſiuæ vocis fit à prima perſona ſui præteriti Indicatiui, mutando και in μην. Et quoniam, vt παιδιόθεν ſcitis, modus hic amat diphthōgum in penultima ſuarū perſonarū, vocalis quæ ante μην erit, ι ſibi ſubijciet, vt inde diphthōgus cōfletur impropia, βεβόηκα, βεβοῄμην: πεποίηκα, πεποιῄμην: κεχρύσωκα, κεχρυσῴμην. Quæ diphthongus in omnibus perdurat perſonis. In antepenultima ſcilicet primæ dualis & pluralis, at in penultima reliquarum πεποιῇο πεποιῄμεθον.

In ſubiunctiuo modo illa tēpora fiūt, ab eadem prima ſimi-

liter perſona pręteriti perfecti Indicatiui κα in μαι, verſo: ante μαι autem ω eſt reponendum, ſi quidē ante κα vocalis alia deprehendatur, βεβόηκα, βεβοῶμαι: πεποίηκα, πεποιῶμαι: κεχρύσωκα, κεχρυσῶμαι.

Quod referatur neq; hoc indignum. Secūdæ perſonæ ſingulares horū tēporum Subiunctiui variè deſinunt, in αω & in εω, per η eam mittūt, βεβοῶμαι, βεβοῇ: πεποιῶμαι, πεποιῇ. In οω autem, per ω κεχρυσῶμαι, κεχρυσῷ. In cæteris non recedunt à forma varytonorum: quæ eſt, vt primæ omnes huius modi perſonæ, & plurales tertiæ ω habeant, dualis nempe & pluralis in antepenultima, aliæ duæ in penultima. Reliquæ autem quorūuis numerorum η: κεχρυσῆται, κεχρυσώμεθον, κεχρυσῆσθον.

Adijciendū & hoc: Circunflexis cōmune eſt vt ἐν τῇ εὐκτικῇ duplex īdefinitū creēt: Cōmune, vt βοήσαιμι, βοήσαις: & (quod cōmuni eſt vſitatius) Atticum ſiue Æolicum, βοήσεια, βοήσειας.

Sed in excidiū Contractorum verborū dicta in genere hæc ſatis ſunto. Nam quēadmodum qui conatur abſentē quibuſdā ſignis indicare qualis ſit, ſæpe ſuū ἀκοὴν eò torquet, quòd audiēdo huc illuc voluatur, & fiat, vt dum abſentē cōtemplatur, mentéq; ſola tractat, præſens ipſe ſit abſens: ita & ne idē mihi vſuuenerit, nō parū vereor, ne nimirū, dum de abſenti hoſte verba faciens, cogitatus veſtros protraxerim longius: proinde vos dudū auſcultādi ſatietas cœperit. Bene eſt autē, ſi, vti ſpero & credo, omnia æquanimiter intellexeritis. quādoquidem quo tu preſſius animaduerteris, quo magis aduerſarium noſſe animo ſtudueris, eo poſtea tibi fiet notior, & præſens præſenti tibi victu facilior. Suſtinete igitur aliquātiſper, & qua conſtantia, quæ de Circunflexis γενικῶς dicta ſunt, audiſtis, ea & quæ de eiſdem ſigillatim proferemus, accipite.

Si vobiſcum in animo cōſiderabitis, quæ paulò antè dicebamus, non dubium quin videatis Contracta iſthæc verba, non ob hoc victu eſſe difficilia, quòd talia id eſt cōtracta ſint, nam vixdum quidq̄ eſt de περισπασμῷ dictū. Ad eum quæ attinēt,

vos non perinde mouebunt, ea ſuo loco dabuntur: id quod erit, quādo propius accedant iugulanda verba. Interim aliud agamus, quod præter συναίρεσιν deſidibus negotium faceſſat, timidis formidinem incutiat, φιλολόγοις autē animos augeat, & alacritatem.

Cum hoſtibus his ante nos qui ſunt congreſſi, duces haudquaquam ignobiles, & in hoc certaminis genere longè exercitatiſſimi, eos hac via conati ſunt captare, ſi in triplici eorum acie, binas ſpectarent cohortes: quæ de ſingulis Indicatiui futuris elicerentur.

In αω, dicebant illi, ſuum futurum iam in ασω, iam in ησω mittunt, περάω, περάσω: σιγάω, σιγήσω. Primæ aciëi hæ duæ illis erant obſeruandæ cohortes.

In εω aliàs in εσω, aliàs in ησω, futurū edunt, καλέω καλέσω: ἑλκέω, ἑλκήσω.

In οω interim per οσω, interim per ωσω μέλλοντα efferunt: ἀρόω, ἀρόσω: ἀργυρόω, ἀργυρώσω.

Et de γυμνάσιαις tantis ne quid deſiderares, non pauca in hanc rem ſedulitate & induſtria ſumma pararunt. Quæ quoniam ſcitu ſunt digniſſima, & longius adhuc hoſtis abeſt, referre non pigebit.

Verba in αω ſi ante α habebunt ε vt ἐάω, vel ι vt ἀνιάω, ἀλοιάω, ante σω α retinent, ἐάσω, ἀνιάσω, ἀλοιάσω.

Idipſum faciunt diſyllaba verba ρ vel λ ante α ſeruantia, & verba in μι de ſe non facientia: φλάω, φλάσω: δράω, δράσω: φλῆμι enim & δρῆμι verba ſunt inaudita.

Huc pertinent quæ ante eadem λ & ρ conſonantem non habent: περάω, περάσω: γελάω, γελάσω.

Loci huius ſunt duo verba ο ante α habentia, ἀκροάω & μακοάω: quoniam hinc ſunt ἀκροάσω, & μακοάσω.

Pręter hæc, cætera in αω verba futurum per ησω faciunt: ποδαγράω, ποδαγρήσω, (eſt enim hoc ὑπερδισύλλαβον) χράω, χρήσω: τλάω τλήσω: quia hinc χρῆμι & τλῆμι: βοάω, βοήσω: ἐγγυάω,

ἐγγυήσω: ζάω, ζήσω, νικάω, νικήσω: διψάω, κυβερνάω, & id genus ſexcenta. Hæc in primam aciem & eius ordines.

In aciem ſecundam machinas huiuſmodi adornabant: Si antepenultima præſentis longa fuerit, vel natura, vt οἰκέω: vel poſitione, vt ἀθλέω, formant in ήσω futurum, οἰκήσω, ἀθλήσω. Demuntur νεικέω, νεικέσω, ἀρκέω, ἀρκέσω.

Contingit idem ijs quibus anceps eſt antepenultima, φιλέω, φιλήσω. Tolle ἀρέω ἀρέσω, & καλέω καλέσω.

Et ησω habent quę de maſculinis naſcuntur, κτυπέω, δουπέω, à κτύπος & δοῦπος.

Adhęc verba decompoſita, οἰκονομέω, οἰκονομήσω: nam id verbi eſt de οἰκονόμος nomine ab οἶκος & νέμω compoſito.

Inſuper quæ de varytonis ſunt inclinata verbis, οἰκτειρέω οἰκτειρήσω: ἑλκέω, ἑλκήσω: ab οἰκτείρω & ἕλκω verba profecta.

Ordinis huius ſunt tria verba ε & ο in antepenultima habentia, μολέω, βορέω, & ὀφελέω. Variat πονέω, ad animũ enim quãdo refertur, πονήσω: quãdo autẽ ad corpus, πονέσω futurum facit.

In εω diſſyllaba ferè per ευσω futurum mittunt, πλέω, πλεύσω: ῥέω, ῥεύσω. Adiecta eſt vocula, ferè, propter nõnulla in ησω exeuntia, χέω χήσω, μνέω, μνήσω.

Ab ijs quæ ſunt recenſita alia in εω verba ε ante σω ſeruant, ἀκέω, ἀκέσω: τελέω, τελέσω: αἰνέω, αἰνέσω.

Poſtremò quæ in verba in οω commenti erant, facilia iuxta ſunt ac breuia. Futurum τῶν εἰς οω ante σω habet ο, quando nullum nomen eſt à quo verbum ipſum deſcendat, vt ὀμόω, ὀμόσω: ἀρόω, ἀρόσω. Alioqui, ω ἀργυρόω, ἀργυρώσω: χρυσόω, χρυσώσω: γυψόω, γυψώσω: ἄργυρος enim, χρυσὸς, & γύψος hæc verba genuerunt.

Conſilia hæc ἀντιπροσωπομάχα, vbi intellexerunt Circunflexa, (nam & illis ſui ſunt Corycæi) reſponſarunt (dico quod luſitantibus vobis referebat mihi Periſcopia) noſtros παραλογίζεσθαι, nec ſatis futuros ſanos, ſi hiſce præſidijs tantum fretam, in ſe mitterent iuuentutem, facilè Verba ſperare, eam

nullo negotio victam, poſt primum ſtatim cõgreſſum, reuerſum iri vel ob has maximè quas ſubijciebant cauſas.

Non eſt, occinebat hoſtis, cuiuſlibet, quænam ex nobis verbum creent in μι, noſſe.

Promptum non magis eſt quæ Circũflexa de varytonis ſint deducta, perſpicere.

Iam quænam noſtrum de nominibus ſint nata, & quæ minus, quotuſquiſque non ignorat?

His amplius, Quàm multos reperias, qui nõ ab re hæſitent, communiáne ſint futura, an verò ſecũdum διάλεκτον aliquã enuntiata? Nam in ijs quæ in αω exeunt, Attici, α in η: in ijs autem quæ εω finiunt, ε in η vertunt, ab ἀλοάω & αἰνέω, ἀλοήσω & αἰνήσω fingentes.

Hæc & huiuſmodi alia, dum cauillatrix hæc natio adferret, ſubſannatis celebrium illorum ducum dogmatis, non minus profectò certis illis quàm breuibus, ambitioſiſſimè inſoleſcebat: ſéque aduerſus quoſcunque ἀντιπαραστρατοπεδεύειν poſſe iactitabat.

Enimuerò ſi quomodo clauus clauo, ita dolus non pelleretur dolo, eſſet proculdubio quod nonnihil nos faſtuoſa illa ludificatio territaret. Quæras igitur: Quid eſt quod tam ſuperbæ inſultationi opponamus? Quod ſuaſit περισκοπία, Lexicon. Nam πάνδεκται illæ ſunt, de quibus non aliter quàm de βελοθήκης confertiſſima iacula nullis non licet depromere: ac quænam vocalis σω finalem futuri ſyllabam præcedat, è veſtigio comparare.

Hic non prætermittemus quod eſt & in varytonis verbis decantatum: multa eſſe tempora, penultimam futuri retinẽtia. Si itaq; legis τρυγήσειν, ἐτρύγησα: τετρυγηκέναι, τετρυγήκοιμι, aut alias horum temporum perſonas, mirũ ni ſimul & à τρυγάω τρυγήσω futurum intelligas. Non abſimiliter ſi τεθέακα offendis, θεάσαιμεν, θεᾶσαι, & eiuſdem συμβόλου alia, & à θεάω futurum fieri θεάσω protinus agnoſcis.

Non erit proinde iuuentus, quòd poſthac te torqueat illa futurorum cura: noris tãtummodo horum verborum contractiones, quas tibi ordine ſubijcimus: hinc ſcies, quàm ἐυκατέργαστοι ſint hoſtes, qui paulò antè nobis ita illudebant.

VERBA IN αω.

IN αω quæ deſinunt verba, etiam ſi multitudine ſoboleſcant immenſa, tamen, indubitatò ſcio, hili ea non duces, poſteaquam audieris duas illi tãtum eſſe contractiones α & ω. Nam poſt α ſi ε vel η ſubſtituantur, in a contrahito: νικάετε νικᾶτε, νικάητε νικᾶτε. Alioqui ſemper eſt nobis in ω cõtrahendum, νικάομεν νικῶμεν, νικάω νικῶ.

Hoc vltimum eſto documentum: Quandocunq; in diphthongo ι reperitur, ipſum eſt diphthongo impropriæ adaptandum: νικάεις, νικᾷς: νικάοιμι, νικῷμι. At υ poſt ο perpetuò exteritur: βοάουσι, βοῶσι.

Pauca hæc ſunt, ſatis tamen ad cõficiendos primos hoſtes: quos non procul hinc videbitis, ſi oculos à me auerſos, illuc conieceritis. Deum immortalem, Quàm longa ſyrmata! Atqui nemo, cui ſaltem mens eſt, vt fortitudinem non craſſitie, ita nec ὑπεροχὴν multitudine metitur. Agitedum, vbi præcones? imprimis Phlebodes.

Et meus Euechus, quo non præſtantior alter
Aere ciere viros, Martémq; accendere cantu.

Vt reboat inſano clamore eorum anteſignanus! Stentórẽ dicas χαλκεόφωνον: audite me, nõ eſt diſſimile veri quod dicã. Legerunt hæc verba apud Fabium forſan, Lacedęmoniorum exercitus quondam muſicis fuiſſe accenſos modis. Et in Romanis legionibus, quanto cornuum & tubarum concentus erat vehementior, tantum Romanã in bellis gloriam cæteris præſtitiſſe. Ea de cauſa ſcilicet, viſum illis eſt, ſuæ aciei primæ μουσικώτατον, dicerem ἀμουσότατον, præficere, vt tubarum vice clamoſum eius guttur eſſet. Arripe Anicete, feri: vt de eo q̃

de Timarcho cõueniẽtius Æſchinem dixiſſe cognoſcamus: πρός τοῖς ἄλλοις κακοῖς, ἄμουσός τις οὗτος ἄνθρωπός ἐστιν. Prętter alia mala, alienus à Muſis hic homo eſt.

MODVS INDICATIVVS ACTIVI.

Præſens tempus.

βοάω, βοῶ: βοάεις, βοᾷς: βοάει, βοᾷ.
βοάετον, βοᾶτον: βοάετον, βοᾶτον.
βοάομεν, βοῶμεν: βοάετε, βοᾶτε: βοάουσι, βοῶσι.

Præteritum imperfectum.

ἐβόαον, ἐβόων: ἐβόαες, ἐβόας: ἐβόαε, ἐβόα:
ἐβοάετον, ἐβοᾶτον: ἐβοαέτην, ἐβοάτην.
ἐβοάομεν, ἐβοῶμεν: ἐβοάετε, ἐβοᾶτε: ἐβόαον, ἐβόων.

Futurum.

βοήσω, βοήσεις, βοήσει.
βοήσετον, βοήσετον.
βοήσομεν, βοήσετε, βοήσουσι.

Indefinitum.

ἐβόησα, ἐβόησας, ἐβόησε.
ἐβοήσατον, ἐβοησάτην,
ἐβοήσαμεν, ἐβοήσατε, ἐβόησαν.

Prȩteritum perfectum.

βεβόηκα, βεβόηκας, βεβόηκε.
βεβοήκατον, βεβοήκατον.
βεβοήκαμεν, βεβοήκατε, βεβοήκασι.

Præteritum pluſquamperfectum.

ἐβεβοήκειν, ἐβεβοήκεις, ἐβεβοήκει.

ἐβεβοήκειτον, ἐβεβοηκείτην.
ἐβεβοήκειμεν, ἐβεβοήκειτε, ἐβεβοήκεσαν.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & prętteritum imperfectum.

Βόαε, βόα: βοαέτω, βοάτω.
βοάετον, βοᾶτον: βοαέτων, βοάτων.
βοάετε, βοᾶτε: βοαέτωσαν, βοάτωσαν.

Indefinitum.

Βόησον, βοησάτω.
βοήσατον, βοησάτων.
βοήσατε, βοησάτωσαν.

Præteritum perfectum & pluſquãperfectũ.

βεβόηκε, βεβοηκέτω.
βεβοήκετον, βεβοηκέτων.
βεβοήκετε, βεβοηκέτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & prętteritum imperfectum.

Βοάοιμι, βοῷμι: βοάοις, βοῷς: βοάοι, βοῷ.
βοάοιτον, βοῷτον: βοαοίτην, βοῴτην.
βοάοιμεν, βοῷμεν: βοάοιτε, βοῷτε: βοάοιεν, βοῷεν.

Verbum vnum Anicete, Dij boni, penè mihi exciderat. Duo tempora proximè inclinata, nõnunquam perſonata obrepunt: nam communi facie relicta, Atticam induunt, & Æolicam, dum perſonæ contractæ μι auferunt, & in eius locum ην reponunt, βοῷμι βοῴην, ποιοῖμι ποιοίην, χρυσοῖμι χρυσοίην. Demõſtrant aliquando & Doricam: quæ fit non ſolùm μι in ην mutato, ſed & οι penultimæ in ῳ conuerſo. Cætera perſtringe vt indefinitum τύφθην, ποιῴην, χρυσῴην.

Βοῴην, βοῴης, βοῴη.
βοῴητον, βοῳήτην.
βοῴημεν, βοῴητε, βοῴησαν.

Futurum.

Βοήσοιμι, βοήσοις, βοήσοι.
βοήσοιτον, βοησοίτην.
βοήσοιμεν, βοήσοιτε, βοήσοιεν.

Indefinitum commune.

Βοήσαιμι, βοήσαις, βοήσαι.
βοήσαιτον, βοησαίτην.
βοήσαιμεν, βοήσαιτε, βοήσαιεν.

Indefinitum Atticum & Æolicum.

Βοήσεια, βοήσειας, βοήσειε.
βοησείατον, βοησειάτην.
βοησείαμεν, βοησείατε, βοήσειαν.

Prȩteritum perfectũ & pluſquãperfectũ.

Βεβοήκοιμι, βεβοήκοις, βεβοήκοι.
βεβοήκοιτον, βεβοηκοίτην.
βεβοήκοιμεν, βεβοήκοιτε, βεβοήκοιεν.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Prȩſens & prȩteritum imperfectum.

Βοάω βοῶ, βοάῃς βοᾷς, βοάῃ βοᾷ.
βοάητον βοᾶτον, βοάητον βοᾶτον.
βοάωμεν βοῶμεν, βοάητε βοᾶτε, βοάωσι βοῶσι.

Indefinitum.

Βοήσω, βοήσῃς, βοήσῃ.

βοήσητον, βοήσητον.
βοήσωμεν, βοήσητε, βοήσωσι.

Prȩteritum perfectum & pluſquamperfectum.

βεβοήκω, βεβοήκῃς, βεβοήκῃ.
βεβοήκητον, βεβοήκητον.
βεβοήκωμεν, βεβοήκητε, βεβοήκωσι.

MODVS INFINITVS.

βοάειν, βοᾶν.	Prȩſens & prȩteritum imperfectum.
βοήσειν.	Futurum.
βοῆσαι.	Indefinitum.
βεβοηκέναι.	Prȩteritum perfect. & pluſquamperfect.

PARTICIPIA.

ET Participia pars huius certaminis eſſe volunt? præclara, me hercule, βοήθεια. Quoniam ergo cum verbis huc paribus acceſſerunt animis, paribus neq; non inſtructa dolis, ego proinde vt ijſdem cadant gladijs, quibus eo rum verba cecidiſtis, arbitror ȩquiſſimum.

Prȩſens & prȩteritum imperfectum.

ὁ βοάων βοῶν, τοῦ βοάοντος βοῶντος.
ἡ βοάουσα βοῶσα, τῆς βοαούσης βοώσης,
τὸ βοάον βοῶν, τοῦ βοάοντος βοῶντος.

Futurum.

ὁ βοήσων, ἡ βοήσουσα, τὸ βοῆσον.

Indefinitum.

ὁ βοήσας, ἡ βοήσασα, τὸ βοῆσαν.

Prȩteritum perfectum & pluſquamperfectum.

ὁ βεβοηκώς, ἡ βεβοηκυῖα, τὸ βεβοηκός.

PASSIVVM.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

Βοάομαι βοῶμαι, βοάῃ βοᾷ, βοάεται βοᾶται.
βοαόμεθον βοώμεθον, βοάεσθον βοᾶσθον, βοάεσθον βοᾶσθον.
βοαόμεθα βοώμεθα, βοάεσθε βοᾶσθε, βοάονται βοῶνται.

Præteritum imperfectum.

ἐβοαόμην ἐβοώμην, ἐβοάου ἐβοῶ, ἐβοάετο ἐβοᾶτο.
ἐβοαόμεθον ἐβοώμεθον, ἐβοάεσθον ἐβοᾶσθον, ἐβοαέσθην ἐβοάσθην.
ἐβοαόμεθα ἐβοώμεθα, ἐβοάεσθε ἐβοᾶσθε, ἐβοάοντο ἐβοῶντο.

Pręteritum perfectum.

βεβόημαι, βεβόησαι, βεβόηται.
βεβοήμεθον, βεβόησθον, βεβόησθον.
βεβοήμεθα, βεβόησθε, βεβόηνται.

Præteritum pluſquamperfectum.

ἐβεβοήμην, ἐβεβόησο, ἐβεβόητο.
ἐβεβοήμεθον, ἐβεβόησθον, ἐβεβοήσθην.
ἐβεβοήμεθα, ἐβεβόησθε, ἐβεβόηντο.

Indefinitum.

ἐβοήθην, ἐβοήθης, ἐβοήθη.
ἐβοήθητον, ἐβοηθήτην.
ἐβοήθημεν, ἐβοήθητε, ἐβοήθησαν.

Futurum prius.

βοηθήσομαι, βοηθήσῃ, βοηθήσεται.
βοηθησόμεθον, βοηθήσεσθον, βοηθήσεσθον.
βοηθησόμεθα, βοηθήσεσθε, βοηθήσονται.

Paulò poſt futurum.

Βεβοήσομαι, βεβοήσῃ, βεβοήσεται.
βεβοησόμεθον, βεβοήσεσθον, βεβοήσεσθον.
βεβοησόμεθα, βεβοήσεσθε, βεβοήσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

Βοάου βοῶ, βοαέσθω βοάσθω.
βοάεσθον βοᾶσθον, βοαέσθων βοάσθον.
βοάεσθε βοᾶσθε, βοαέσθωσαν βοάσθωσαν.

Pręteritum perfectū & pluſquamperfectum.

Βεβόησω, βεβοήσθω.
βεβόησθον, βεβοήσθων.
βεβόησθε, βεβοήσθωσαν.

Indefinitum.

Βοήθητι, βοηθήτω.
βοήθητον, βοηθήτων.
βοήθητε, βοηθήτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

Βοαοίμην βοῴμην, βοάοιο βοῷο, βοάοιτο βοῷτο.
βοαοίμεθον βοῴμεθον, βοάοισθον βοῷσθον, βοαοίσθην βοῴσθην.
βοαοίμεθα βοῴμεθα, βοάοισθε βοῷσθε, βοάοιντο βοῷντο.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

Βεβοήμην, βεβοῇο, βεβοῇτο.
βεβοήμεθον, βεβοῇσθον, βεβοῄσθην.
βεβοήμεθα, βεβοῇσθε, βεβοῇντο.

Indefinitum.

Βοηθέοιην, βοηθέοις, βοηθέοι.
βοηθέοιτον, βοηθεοίτην.
βοηθέοιμεν, βοηθέοιτε, βοηθέοιεν.

Futurum.

Βοηθησοίμην, βοηθήσοιο, βοηθήσοιτο.
βοηθησοίμεθον, βοηθήσοισθον, βοηθησοίσθην.
βοηθησοίμεθα, βοηθήσοισθε, βοηθήσοιντο.

Paulò poſt futurum.

Βεβοησοίμην, βεβοήσοιο, βεβοήσοιτο.
βεβοησοίμεθον, βεβοήσοισθον, βεβοησοίσθην.
βεβοησοίμεθα, βεβοήσοισθε, βεβοήσοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

Βοάωμαι βοῶμαι, βοάῃ βοᾷ, βοάηται βοᾶται.
βοαώμεθον βοώμεθον, βοάησθον βοᾶσθον, βοάησθον βοᾶσθον.
βοαώμεθα βοώμεθα, βοάησθε βοᾶσθε, βοάωνται βοῶνται.

Pręteritum perfectum & pluſquamperfectum.

Βεβοῶμαι, βεβοῇ, βεβοῆται.
βεβοώμεθον, βεβοῆσθον, βεβοῆσθον.
βεβοώμεθα, βεβοῆσθε, βεβοῶνται.

Indefinitum.

βοηθῶ, βοηθῇς, βοηθῇ.
βοηθῆτον, βοηθῆτον.
βοηθῶμεν, βοηθῆτε, βοηθῶσι.

MODVS INFINITVS.

βοάεσθαι, βοᾶσθαι	Præſens & prçteritum imperfectum.
βεβοῆσθαι	Præteritum perfect.& pluſq̃perfectũ.
βοηθῆναι	Indefinitum.
βοηθήσεσθαι	Futurum.
βεβοήσεσθαι.	Paulò poſt futurum.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ βοαόμενος βοώμενος, ἡ βοαομένη βοωμένη, τὸ βοαόμενον βοώμενον.

Præteritum perfectum & pluſquāperfectum.

ὁ βεβοημένος, ἡ βεβοημένη, τὸ βεβοημένον.

Indefinitum.

ὁ βοηθεὶς, ἡ βοηθεῖσα, τὸ βοηθέν.

Futurum prius.

ὁ βοηθησόμενος, ἡ βοηθησομένη, τὸ βοηθησόμενον.

Paulò poſt futurum.

ὁ βεβοησόμενος, ἡ βεβοησομένη, τὸ βεβοησόμενον.

MEDIVM.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens tempus.

Βοάομαι βοῶμαι, βοάῃ βοᾷ, βοάεται βοᾶται.

βοαόμεθον βοώμεθον, βοάεσθον βοᾶσθον, βοάεσθον βοᾶσθον.
βοαόμεθα βοώμεθα, βοάεσθε βοᾶσθε, βοάονται βοῶνται.

Pręteritum imperfectum.

ἐβοαόμην ἐβοώμην, ἐβοάου ἐβοῶ, ἐβοάετο ἐβοᾶτο.
ἐβοαόμεθον ἐβοώμεθον, ἐβοάεσθον ἐβοᾶσθον, ἐβοαέσθην ἐβοάσθην.
ἐβοαόμεθα ἐβοώμεθα, ἐβοάεσθε ἐβοᾶσθε, ἐβοάοντο ἐβοῶντο.

Indefinitum.

ἐβοησάμην, ἐβοήσω, ἐβοήσατο.
ἐβοησάμεθον, ἐβοήσασθον, ἐβοησάσθην.
ἐβοησάμεθα, ἐβοήσασθε, ἐβοήσαντο.

Futurum.

βοήσομαι, βοήσῃ, βοήσεται.
βοησόμεθον, βοήσεσθον, βοήσεσθον.
βοησόμεθα, βοήσεσθε, βοήσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Pręſens & præteritum imperfectum.

βοάου βοῶ, βοαέσθω βοάσθω.
βοάεσθον βοᾶσθον, βοαέσθων βοάσθων.
βοάεσθε βοᾶσθε, βοαέσθωσαν βοάσθωσαν.

Indefinitum.

βόησαι, βοησάσθω.
βοήσασθον, βοησάσθων.
βοήσασθε, βοησάσθωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

βοαοίμην βοῴμην, βοάοιο βοῷο, βοάοιτο βοῷτο.

βοαοίμεθον βοῴμεθον, βοάοισθον βοῷσθον, βοαοίσθην βοῴσθην.
βοαοίμεθα βοῴμεθα, βοάοισθε βοῷσθε, βοάοιντο βοῷντο.

Indefinitum.

βοησαίμην, βοήσαιο, βοήσαιτο.
βοησαίμεθον, βοήσαισθον, βοησαίσθην.
βοησαίμεθα, βοήσαισθε, βοήσαιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

Βοάωμαι βοῶμαι, βοάῃ βοᾷ, βοάητε βοᾶτε.
βοαώμεθον βοώμεθον, βοάησθον βοᾶσθον, βοάησθον βοᾶσθον.
βοαώμεθα βοώμεθα, βοάησθε βοᾶσθε, βοάωνται βοῶνται.

Indefinitum.

βοήσωμαι, βοήσῃ, βοήσηται.
βοησώμεθον, βοήσησθον, βοήσησθον.
βοησώμεθα, βοήσησθε, βοήσωνται.

MODVS INFINITVS.

βοάεσθαι, βοᾶσθαι — Pręſens & pręteritũ imperfectũ.
βοήσασθαι — Indefinitum.
βοήσεσθαι. — Futurum.

PARTICIPIA.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

ὁ βοαόμενος, βοώμενος.
ἡ βοαομένη, βοωμένη.
τὸ βοαόμενον, βοώμενον.

Indefinitum.

ὁ βοησάμενος, ἡ βοησαμένη, τὸ βοησάμενον.

Futurum.

ὁ βοησόμενος, ἡ βοησομένη, τὸ βοησόμενον.

VERBA IN εω.

HEſterno die fractis τῶν in αω copijs & opibus, noctis ac tenebrarum interuentu, meritò nobis fuit ſecedendum: quandoquidem νυκτομαχία non nos, vt Antabatas, iuuat. Impręſentiarum hoc vnum video, quod dicatur, relictum: vt de capeſſenda hodie pugna cum verbis ſecundę acieï ſeriò meditemur. Ea de re, quàm potero breuiſſimè, quę de eis prodenda ſunt, explico.

Verba in εω quinq; habent ſynęreſes: ει ου οι η & ω. Prima fit quando εε concurrunt, φόβεε, φόβει: φοβέεις, φοβεῖς. Altera ex εο naſcitur: φοβέομεν, φοβοῦμεν. Reliquę in longas ſequentes tranſeunt: φοβέοιμι, φοβοῖμι: φοβέῃ, φοβῇ: φοβέω, φοβῶ. Hęc ſumma totius negotij. Quare eia νεανίαι ἄλκιμοι, mares exhibete animos, in hoſtes procurrite, ſeueriſſimè rebelles plectite: cuiuſmodi omnes experiemini, demptis δισυλλάβοις: nam eorum prima perſona ſingularis, item prima & tertia plurales Indicatiui, prę ſentis temporis contractionem refugiunt: πλέω enim tantùm dicitur, nõ πλῶ: πλέομεν, nõ πλοῦμεν: πλέουσι, nõ πλοῦσι. Hi ergo facilem de vobis impetrabunt veniam: reliqui nulla venia mittentur in Orcum.

Sed heus vos, mecum, obſecro, huius acieï λοχαγωγὸν conſiderate: tam crebra capitis agitatio ἀπειλητῆρα quẽpiam eſſe, aut certè furiata mente hominẽ, arguit. propius accedamus. Poëta eſt. Dic ὦ ταν: dic ferocule bellator:

Quænam te ſaga excantabat? quæ intẽperiæ tuum cerebrũ verſabant, cũ de σκιαγράφῳ poëta in trucẽ degeneraſti militẽ?

Dic,inquam, hoc mihi: In hanc quæ potuit rabies te armare iuuētam? (cum ποιητῇ ποικιλώτερον lubet agere) Si ipſum te noſſes Laureate, Si te tuis ſciuiſſes continere ſpatijs, ſimul & ἐμμέτρως ᾄδειν καὶ γράφειν partes eſſe tuas cognoſceres.

Concinnis fidibus modulatum & amabile carmen
Promere: Legitimis pedibus,nugíſq; canoris
Res geſtas regúmq;, ducúmq; & triſtia bella Scribere.

Arma autem vt contrectares ipſe,in rem pręſentem vt venires, & tam horrendi certaminis αὐτόπτης eſſes, perpulit te, nō dubito, quidā Phanaticus error, nō poëticus furor. ſiquidē
Oderunt ſtrepitum Muſæ, pacata ſilentia captant.

Legeras, opinor, quod de Latinis poëtis, ſcripturientibus quidem illis, non bellaturientibus ἐν τῇ ποιητικῇ extat:
Nil intentatum noſtri liquere poëtæ.

Tu propterea noluiſti vnus ἀπείρατος videri. Huius meminiſſes potius, ſtupidum caput:
Tu nihil inuita dices, faciéſq; Minerua.

An verò cum te inſcribi, atque adeo pręfici miſerę huic cohorti ſuſtinuiſti, illud in mentem tibi veniebat?
Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit ęqua poteſtas.

At quanto tibi conſultius fuiſſet illud expendere:
Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, ęquam
Viribus: & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Profectò qui te ab argumento ſubmouebat ſublimiori, ne ridiculus eſſes: te quoq;, ſi modo ſapuiſſes, ab occœpto ſubduxiſſet maiori, ne in extremum diſcrimen venires.

Scis quid ῥιψάσπιδι Archilocho tui generis viro, quōdam contigerit? Eius animum obſederat bellandi cupido, aduerſus Saios Thracię populos arma ceperat: ad rem cum ventū eſt, maturè reſipuit: nam ne Martis aleam experiretur, ſcuto proiecto ſtrenuè aufugit: ratus ſcilicet clypeum fortiter abij-

cere, quàm in bello fortiter interire, multo ſatius eſſe. Audi quid in hanc rem dicat:

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
  Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
Seſe effert aliquis Saius ſcuto vndiq; pulchro,
  Nolens quod liqui vepribus in medijs.

Ad ſummũ hoc, ſerò ac nequidquam cœpti pœnitẽs, dicas:
Haud ſapui, cum ſum feruenti raptus ad arma
Sanguine, cúmq; mori pulchrum ſuccurrit in armis.

Ergo & de me hoc poſtremum tu audies:
O contractorum Ποιῶ ſtolidiſſime gentis,
Inſanis ſit ius, liceátque perire poëtis.

Cum horrendo hoc, & minaci hoſte te committemus Philomuſe. Eum corripe, nam iam, quantum video, ei
Obſtupuere animi, gelidúſque per ima cucurrit
Oſſa tremor.

ACTIVVM.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

ΠΟιέω ποιῶ, ποιέεις ποιεῖς, ποιέει ποιεῖ.
ποιέετον ποιεῖτον, ποιέετον ποιεῖτον.
ποιέομεν ποιοῦμεν, ποιέετε ποιεῖτε, ποιέουσι ποιοῦσι.

Præteritum imperfectum.

ἐποίεον ἐποίουν, ἐποίεες ἐποίεις, ἐποίεε ἐποίει.
ἐποιέετον ἐποιεῖτον, ἐποιεέτην ἐποιείτην.
ἐποιέομεν ἐποιοῦμεν, ἐποιέετε ἐποιεῖτε, ἐποίεον ἐποίουν.

Futurum.

ποιήσω, ποιήσεις, ποιήσει.
ποιήσετον, ποιήσετον.
ποιήσομεν, ποιήσετε, ποιήσουσι.

ποιέοιτον ποιοῖτον, ποιεοίτην ποιοίτην.
ποιέοιμεν ποιοῖμεν, ποιέοιτε ποιοῖτε, ποιέοιεν ποιοῖεν.

Ἀττικῶς.

ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη.
ποιοίητον, ποιοιήτην.
ποιοίημεν, ποιοίητε, ποιοίησαν.

Δωρικῶς.

ποιῴην, ποιῴης, ποιῴη.
ποιῴητον, ποιῳήτην.
ποιῴημεν, ποιῴητε, ποιῴησαν.

Futurum.

ποιήσοιμι, ποιήσοις, ποιήσοι.
ποιήσοιτον, ποιησοίτην.
ποιήσοιμεν, ποιήσοιτε, ποιήσοιεν.

Indefinitum commune.

ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι.
ποιήσαιτον, ποιησαίτην.
ποιήσαιμεν, ποιήσαιτε, ποιήσαιεν.

Atticum & Æolicum.

ποιήσεια, ποιήσειας, ποιήσειε.
ποιησείατον, ποιησειάτην.
ποιησείαμεν, ποιησείατε, ποιήσειαν.

Perfectum & pluſquãperfectum.

πεποιήκοιμι, πεποιήκοις, πεποιήκοι.
πεποιήκοιτον, πεποιηκοίτην.
πεποιήκοιμεν, πεποιήκοιτε, πεποιήκοιεν.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιέω ποιῶ, ποιέῃς ποιῇς, ποιέῃ ποιῇ.

ποιέητον ποιῆτον, ποιέητον ποιῆτον.
ποιέωμεν ποιῶμεν, ποιέητε ποιῆτε, ποιέωσι ποιῶσι.

Indefinitum.

ποιήσω, ποιήσῃς, ποιήσῃ.
ποιήσητον, ποιήσητον.
ποιήσωμεν, ποιήσητε, ποιήσωσι.

Perfectum & pluſquamperfectum.

πεποιήκω, πεποιήκῃς, πεποιήκῃ.
πεποιήκητον, πεποιήκητον.
πεποιήκωμεν, πεποιήκητε, πεποιήκωσι.

MODVS INFINITVS.

ποιέειν ποιεῖν. Præſens & imperfectum.
ποιήσειν. Futurum.
ποιῆσαι. Indefinitum.
πεποιηκέναι. Præteritum perfectum & pluſquãperfectum.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ ποιέων ποιῶν, τοῦ ποιέοντος ποιοῦντος,
ἡ ποιέουσα ποιοῦσα, τῆς ποιεούσης ποιούσης.
τὸ ποιέον ποιοῦν, τοῦ ποιέοντος ποιοῦντος.

Futurum.

ὁ ποιήσων, τοῦ ποιήσοντος.
ἡ ποιήσουσα, τῆς ποιησούσης.
τὸ ποιῆσον, τοῦ ποιήσοντος.

Indefinitum.

ὁ ποιήσας, τοῦ ποιήσαντος.
ἡ ποιήσασα, τῆς ποιησάσης.
τὸ ποιῆσαν, τοῦ ποιήσαντος.

Perfectum & pluſquamperfectum.

ὁ πεποιηκώς, τοῦ πεποιηκότος.
ἡ πεποιηκυῖα, τῆς πεποιηκυίας.
τὸ πεποιηκός, τοῦ πεποιηκότος.

PASSIVVM.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

Ποιέομαι ποιοῦμαι, ποιέῃ ποιῇ, ποιέεται ποιεῖται.
ποιεόμεθον ποιούμεθον, ποιέεσθον ποιεῖσθον, ποιέεσθον ποιεῖσθον.
ποιεόμεθα ποιούμεθα, ποιέεσθε ποιεῖσθε, ποιέονται ποιοῦνται.

Præteritum imperfectum.

ἐποιεόμην ἐποιούμην, ἐποιέου ἐποιοῦ, ἐποιέετο ἐποιεῖτο.
ἐποιεόμεθον ἐποιούμεθον, ἐποιέεσθον ἐποιεῖσθον, ἐποιεέσθην ἐποιείσθην.
ἐποιεόμεθα ἐποιούμεθα, ἐποιέεσθε ἐποιεῖσθε, ἐποιέοντο ἐποιοῦντο.

Præteritum perfectum.

πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται.
πεποιήμεθον, πεποίησθον, πεποίησθον.
πεποιήμεθα, πεποίησθε, πεποίηνται.

Pluſquamperfectum.

ἐπεποιήμην, ἐπεποίησο, ἐπεποίητο.
ἐπεποιήμεθον, ἐπεποίησθον, ἐπεποιήσθην.
ἐπεποιήμεθα, ἐπεποίησθε, ἐπεποίηντο.

Indefinitum.

ἐποιήθην, ἐποιήθης, ἐποιήθη.
ἐποιήθητον, ἐποιηθήθην.
ἐποιήθημεν, ἐποιήθητε, ἐποιήθησαν.

Futurum prius.

ποιηθήσομαι, ποιηθήσῃ, ποιηθήσεται.

ποιηθησόμεθον, ποιηθήσεσθον, ποιηθήσεσθον.
ποιηθησόμεθα, ποιηθήσεσθε, ποιηθήσονται.

Paulò poſt futurum.

πεποιήσομαι, πεποιήσῃ, πεποιήσεται.
πεποιησόμεθον, πεποιήσεσθον, πεποιήσεσθον.
πεποιησόμεθα, πεποιήσεσθε, πεποιήσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectũ.

ποίεε ποίει, ποιεέτω ποιείτω.
ποιέετον ποιεῖτον, ποιεέτων ποιείτων.
ποιέετε ποιεῖτε, ποιεέτωσαν ποιείτωσαν.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

πεποίησο, πεποιήσθω.
πεποίησθον, πεποιήσθων.
πεποίησθε, πεποιήσθωσαν.

Indefinitum.

ποιήθητι, ποιηθήτω,
ποιήθητον, ποιηθήτων.
ποιήθητε, ποιηθήτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιεοίμην ποιοίμην, ποιέοιο ποιοῖο, ποιέοιτο ποιοῖτο.
ποιεοίμεθον ποιοίμεθον, ποιέοισθον ποιοῖσθον, ποιεοίσθην ποιοίσθην.
ποιεοίμεθα ποιοίμεθα, ποιέοισθε ποιοῖσθε, ποιέοιντο ποιοῖντο.

Perfectum & pluſquamperfectum.

πεποιήμην, πεποιῇο, πεποιῇτο.
πεποιήμεθον, πεποιῇσθον, πεποιῄσθην.

πεποιήμεθα, πεποιῆσθε, πεποιῆντο.

Indefinitum.

ποιηθείην, ποιηθείης, ποιηθείη.
ποιηθείητον, ποιηθειήτην.
ποιηθείημεν, ποιηθείητε, ποιηθείησαν.

Futurum prius.

ποιηθησοίμην, ποιηθήσοιο, ποιηθήσοιτο.
ποιηθησοίμεθον, ποιηθήσοισθον, ποιηθησοίσθην.
ποιηθησοίμεθα, ποιηθήσοισθε, ποιηθήσοιντο.

Paulò poſt futurum.

πεποιησοίμην, πεποιήσοιο, πεποιήσοιτο.
πεποιησοίμεθον, πεποιήσοισθον, πεποιησοίσθην.
πεποιησοίμεθα, πεποιήσοισθε, πεποιήσοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιέωμαι ποιῶμαι, ποιέῃ ποιῇ, ποιέηται ποιῆται.
ποιεώμεθον ποιώμεθον, ποιέησθον ποιῆσθον, ποιέησθον ποιῆσθον.
ποιεώμεθα ποιώμεθα, ποιέησθε ποιῆσθε, ποιέωνται ποιῶνται.

Perfectum & pluſquamperfectum.

πεποιῶμαι, πεποιῇ, πεποιῆται.
πεποιώμεθον, πεποιῆσθον, πεποιῆσθον.
πεποιώμεθα, πεποιῆσθε, πεποιῶνται.

Indefinitum.

ποιηθῶ, ποιηθῇς, ποιηθῇ.
ποιηθῆτον, ποιηθῆτον.
ποιηθῶμεν, ποιηθῆτε, ποιηθῶσι.

MODVS INFINITVS.

ποιέεσθαι ποιεῖσθαι.	Præſens & præteritum imperfectum.
πεποιῆσθαι.	Perfectum & pluſquamperfectum.
ποιηθῆναι.	Indefinitum.
ποιηθήσεσθαι.	Futurum prius.
πεποιήσεσθαι,	Paulò poſt futurum.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ ποιεόμενος ποιούμενος, τοῦ ποιεομένου ποιουμένου.
ἡ ποιεομένη ποιουμένη, τῆς ποιεομένης ποιουμένης.
τὸ ποιεόμενον ποιούμενον, τοῦ ποιεομένου ποιουμένου.

Perfectum & pluſquamperfectum.

ὁ πεποιημένος, τοῦ πεποιημένου.
ἡ πεποιημένη, τῆς πεποιημένης.
τὸ πεποιημένον, τοῦ πεποιημένου,

Indefinitum.

ὁ ποιηθείς, τοῦ ποιηθέντος.
ἡ ποιηθεῖσα, τῆς ποιηθείσης.
τὸ ποιηθέν, τοῦ ποιηθέντος.

Futurum prius.

ὁ ποιηθησόμενος, τοῦ ποιηθησομένου.
ἡ ποιηθησομένη, τῆς ποιηθησομένης.
τὸ ποιηθησόμενον, τοῦ ποιηθησομένου.

Paulò poſt futurum.

ὁ πεποιησόμενος, τοῦ πεποιησομένου.
ἡ πεποιησομένη, τῆς πεποιησομένης.
τὸ πεποιησόμενον, τοῦ πεποιησομένου.

MEDIVM.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

Ποιέομαι ποιοῦμαι, ποιέῃ ποιῇ, ποιέεται ποιεῖται.
ποιεόμεθον ποιούμεθον, ποιέεσθον ποιεῖσθον, ποιέεσθον ποιεῖσθον.
ποιεόμεθα ποιούμεθα, ποιέεσθε ποιεῖσθε, ποιέονται ποιοῦνται.

Præteritum imperfectum.

ἐποιεόμην ἐποιούμην, ἐποιέου ἐποιοῦ, ἐποιέετο ἐποιεῖτο.
ἐποιεόμεθον ἐποιούμεθον, ἐποιέεσθον ἐποιεῖσθον, ἐποιεέσθην ἐποιείσθην.
ἐποιεόμεθα ἐποιούμεθα, ἐποιέεσθε ἐποιεῖσθε, ἐποιέοντο ἐποιοῦντο.

Futurum.

ποιήσομαι, ποιήσῃ, ποιήσεται.
ποιησόμεθον, ποιήσεσθον, ποιήσεσθον.
ποιησόμεθα, ποιήσεσθε, ποιήσονται.

Indefinitum.

ἐποιησάμην, ἐποιήσω, ἐποιήσατο.
ἐποιησάμεθον, ἐποιήσασθον, ἐποιησάσθην,
ἐποιησάμεθα, ἐποιήσασθε, ἐποιήσαντο.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιέου ποιοῦ, ποιεέσθω ποιείσθω.
ποιέεσθον ποιεῖσθον, ποιεέσθων ποιείσθων.
ποιέεσθε ποιεῖσθε, ποιεέσθωσαν ποιείσθωσαν.

Indefinitum.

ποίησαι, ποιησάσθω.
ποιήσασθον, ποιησάσθων.
ποιήσασθε, ποιησάσθωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιεοίμην ποιοίμην, ποιέοιο ποιοῖο, ποιέοιτο ποιοῖτο.
ποιεοίμεθον ποιοίμεθον, ποιέοισθον ποιοῖσθον, ποιεοίσθην ποιοίσθην.
ποιεοίμεθα ποιοίμεθα, ποιέοισθε ποιοῖσθε, ποιέοιντο ποιοῖντο.

Futurum.

ποιησοίμην, ποιήσοιο, ποιήσοιτο.
ποιησοίμεθον, ποιήσοισθον, ποιησοίσθην.
ποιησοίμεθα, ποιήσοισθε, ποιήσοιντο.

Indefinitum.

ποιησαίμην, ποιήσαιο, ποιήσαιτο.
ποιησαίμεθον, ποιήσαισθον, ποιησαίσθην.
ποιησαίμεθα, ποιήσαισθε, ποιήσαιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

ποιέωμαι ποιῶμαι, ποιέῃ ποιῇ, ποιέηται ποιῆται.
ποιεώμεθον ποιώμεθον, ποιέησθον ποιῆσθον, ποιέησθον ποιῆσθον.
ποιεώμεθα ποιώμεθα, ποιέησθε ποιῆσθε, ποιέωνται ποιῶνται.

Indefinitum.

ποιήσωμαι, ποιήσῃ, ποιήσηται.
ποιησώμεθον, ποιήσησθον, ποιήσησθον.
ποιησώμεθα, ποιήσησθε, ποιήσονται.

MODVS INFINITVS.

ποιέεσθαι ποιεῖσθαι. — Præſens & præteritum imperfectum.

ποιήσεσθαι. — Futurum.

ποιήσασθαι. — Indefinitum.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ ποιεόμενος ποιούμενος, τοῦ ποιεομένου ποιουμένου,
ἡ ποιεομένη ποιουμένη, τῆς ποιεομένης ποιουμένης,
τὸ ποιεόμενον ποιούμενον, τοῦ ποιεομένου ποιουμένου.

Futurum.

ὁ ποιησόμενος, τοῦ ποιησομένου.
ἡ ποιησομένη, τῆς ποιησομένης.
τὸ ποιησόμενον, τοῦ ποιησομένου.

Indefinitum.

ὁ ποιησάμενος, τοῦ ποιησαμένου.
ἡ ποιησαμένη, τῆς ποιησαμένης.
τὸ ποιησάμενον, τοῦ ποιησαμένου.

VERBA IN οω.

IN hoc vſq; tempus Iuuenes μαχιμώτατοι, quàm felici ſucceſſu ſitis cum hoſte haudquaquã ſimplici illo congreſſi, vos optimi teſtes eſtis. Durate, & vos ſeruate rebus etiã ſecundioribus, hodierno die, confidite quæſo mecum. Antè quàm qui naſcitur hic ſol, occidat, de tãtis τῶν παραταττομένων exercitibus, ne veſtigium quidem vllum erit reliquum. Superat acies vna: quæ quibus ſit munita telis, quóque armorum genere inſtructa, hoc vos cognoſcite.

Λοιπὰ δ' Ἀρηϊθόῳ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.
Cætera curabit noſtro cum Marte Minerua.

Verborum in οω tres ſunt contractiones, ου οι & ω. Poſt ο ſi ſequetur ε monophthongus, vt ἀργυρόετον: vel alterum ο, ἀργυρόομεν: vel ου, ἀργυρόουσι, ſemper in ου fit ſynæreſis. ἀργυροῦτον, ἀργυροῦμεν, ἀργυροῦσι. Secunda contractio οι locum habet, quando poſt ο vna harum diphthongorum ει οι ῃ deprehenditur:

ἀργυρόεις, ἀργυροῖς: ἀργυρόοιμι, ἀργυροῖμι: ἀργυρόῃ, ἀργυροῖ. Pręter infinitum ἀργυρόειν, ἀργυροῦν. Tertia & vltima contractio ω fit vbi η vocalis ſimplex, vel ω poſt ο ponitur: ἀργυρόητον, ἀργυρῶτον: ἀργυρόωμεν, ἀργυρῶμεν. Hîc ne quis erret, de eo loquor quod familiarius eſt, & vſitatius. Nõ deſunt enim qui aſſerãt, οη aliàs in ου, aliàs in οι contrahi. Satis autẽ eſt, quòd huius contractionis fallax ingenium noris, τόδ᾽ οὖν κεφάλαιον.

Quid hoc autem quod anteit? homóne? faciem certè video fuliginoſam, & dura ſcabritie præfractas manus. De fabrica Vulcani prodijſſe deieres. Fare age mõſtrum hominis, non tibi χαλκευτικὴ quàm πολεμικὴ perſpectior? Tu ſcis conficere arma? nos armis vti ſcimus. Nunc demum & qui ſis, & quid poſſis intelligo. Aurifex es, inaurandi artem tenes. Nobis cum χρυσοφορίᾳ nihil. Merus es impoſtor. nam quod das, χρυσοειδὲς tantùm eſt, nõ etiam χρυσοῦν. Tu verè tecum geſtas aurum aurifex, ſed ſcis quale? Toloſanum. Pręter hoc ſi aliud fuerit, tibi præripiemus, vnde triumphales nobis conflentur coronæ. Patronus tibi, & tutor Vulcanus. Bene eſt. Verùm hoc die ſenties facto periculo ἡφαίστου pugnare auſpicijs, inauſpicatiſſimũ eſſe. O amentatos homines. Eſſe qui deſpicatiſſimi Mulciberi ridiculum numen adorent? Sciunt omnes, ab ipſo Ioue patre de cœlo in Lemnum duriter eſſe præcipitatum, illic à ſimijs exceptum, educatúmq;. O diuinitatem. Sororis Mineruæ nuptias ambientem, ab ea probroſiſſimè reiectum. Ab vxore Venere ſummè contemptum: vt quæ noſtrum Martem, quàm ſuum, & tuum, Χρυσόω, Vulcanum amplexari prius habuerit. Quos vnà dormientes, vt conſtringeret iſte ἀμφιγυήεις, vincula fabrefecit. verùm haud inultum feret. Et vel hoc vno elogio à Mauortia lorica te oportuit ſubmotum, quòd Vulcanius eſſes. Vtinam hîc adeſſet ipſe: nõ mitius quàm tu, acciperetur. Eius opem, ſi videtur, implorato. Retrocedis. Cædendi, non ſeruandi, non parcendi nobis eſt animus. Tu noſtrum triumphum ornabis, in eum te ſeruabimus, ſed probè contuſum.

Dorſum porrige verbero, quod incudis habeat inſtar. Noſtri pugni pro malleis erunt. Nullus veſtrum Iuuenes hæreat. Conturbatis etiam ordinibus, qui ſequuntur properent precedere. Occupet extremum ſcabies.

ACTIVVM.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

Χρυσόω χρυσῶ, χρυσόεις χρυσοῖς, χρυσόει χρυσοῖ.
χρυσόετον χρυσοῦτον, χρυσόετον χρυσοῦτον.
χρυσόομεν χρυσοῦμεν, χρυσόετε χρυσοῦτε, χυσόουσι χρυσοῦσι.

Præteritum imperfectum.

ἐχρύσοον ἐχρύσουν, ἐχρύσοες ἐχρύσους, ἐχρύσοε ἐχρύσου.
ἐχρυσόετον ἐχρυσοῦτον, ἐχρυσοέτην ἐχρυσούτην.
ἐχρυσόομεν ἐχρυσοῦμεν, ἐχρυσόετε ἐχρυσοῦτε, ἐχρύσοον ἐχρύσουν.

Futurum.

χρυσώσω, χρυσώσεις, χρυσώσει.
χρυσώσετον, χρυσώσετον.
χρυσώσομεν, χρυσώσετε, χρυσώσουσι.

Indefinitum.

ἐχρύσωσα, ἐχρύσωσας, ἐχρύσωσε.
ἐχρυσώσατον, ἐχρυσωσάτην.
ἐχρυσώσαμεν, ἐχρυσώσατε, ἐχρύσωσαν.

Præteritum perfectum.

κεχρύσωκα, κεχρύσωκας, κεκρύσωκε.
κεχρυσώκατον, κεχρυσώκατον.
κεχρυσώκαμεν, κεχρυσώκατε, κεχρυσώκασι.

Pluſquamperfectum.

ἐκεχρυσώκειν, ἐκεχρυσώκεις, ἐκεχρυσώκει.
ἐκεχρυσώκειτον, ἐκεχρυσωκείτην.
ἐκεχρυσώκειμεν, ἐκεχρυσώκειτε, ἐκεχρυσώκεισαν.

MODVS IMPERATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

χρύσοε χρύσου, χρυσοέτω χρυσούτω.
χρυσόετον χρυσοῦτον, χρυσοέτων χρυσούτων.
χρυσόετε χρυσοῦτε, χρυσοέτωσαν χρυσούτωσαν.

Indefinitum.

χρύσωσον, χρυσωσάτω.
χρυσώσατον, χρυσωσάτων.
χρυσώσατε, χρυσωσάτωσαν.

Pluſquamperfectum.

κεχρύσωκε, κεχρυσωκέτω.
κεχρυσώκετον, κεχρυσωκέτων.
κεχρυσώκετε, κεχρυσωκέτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

χρυσόοιμι χρυσοῖμι, χρυσόοις χρυσοῖς, χρυσόοι χρυσοῖ.
χρυσόοιτον χρυσοῖτον, χρυσοοίτην χρυσοίτην.
χρυσόοιμεν χρυσοῖμεν, χρυσόοιτε χρυσοῖτε, χρυσόοιεν χρυσοῖεν.

Atticè.

χρυσοίην, χρυσοίης, χρυσοίη.
χρυσοίητον, χρυσοιήτην.
χρυσοίημεν, χρυσοίητε, χρυσοίησαν.

Doricè.

χρυσώην, χρυσώης, χρυσώη.

χρυσώητον, χρυσωήτην.
χρυσώημεν, χρυσώητε, χρυσώησαν.

Futurum.

χρυσώσοιμι, χρυσώσοις, χρυσώσοι.
χρυσώσοιτον, χρυσωσοίτην.
χρυσώσοιμεν, χρυσώσοιτε, χρυσώσοιεν.

Indefinitum commune.

χρυσώσαιμι, χρυσώσαις, χρυσώσαι.
χρυσώσαιτον, χρυσωσαίτην.
χρυσώσαιμεν, χρυσώσαιτε, χρυσώσαιεν.

Atticum & Æolicum.

χρυσώσεια, χρυσώσειας, χρυσώσειε.
χρυσωσέιατον, χρυσωσειάτην.
χρυσωσέιαμεν, χρυσωσέιατε, χρυσώσειαν.

Perfectum & pluſquamperfectum.

κεχρυσώκοιμι, κεχρυσώκοις, κεχρυσώκοι.
κεχρυσώκοιτον, κεχρυσωκοίτην.
κεχρυσώκοιμεν, κεχρυσώκοιτε, κεχρυσώκοιεν.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

χρυσόω χρυσῶ, χρυσόῃς χρυσοῖς, χρυσόῃ χρυσοῖ.
χρυσόητον χρυσῶτον, χρυσόητον χρυσῶτον.
χρυσόωμεν χρυσῶμεν, χρυσόητε χρυσῶτε, χρυσόωσι χρυσῶσι.

Indefinitum.

χρυσώσω, χρυσώσῃς, χρυσώσῃ.
χρυσώσητον, χρυσώσητον.
χρυσώσωμεν, χρυσώσητε, χρυσώσωσι.

Perfectum & pluſquamperfectum.

κεχρυσώκω, κεχρυσώκῃς, κεχρυσώκῃ.
κεχρυσώκητον, κεχρυσώκητον.
κεχρυσώκωμεν, κεχρυσώκητε, κεχρυσώκωσι.

MODVS INFINITVS.

χρυσόειν χρυσοῦν. Præſens & præteritum imperfectum.
χρυσώσειν. Futurum.
χρυσῶσαι. Indefinitum.
κεχρυσωκέναι. Perfectum & pluſquamperfectum.

PARTICIPIA.

Præſens & præteritum imperfectum.

ὁ χρυσόων χρυσῶν, τοῦ χρυσόοντος χρυσοῦντος.
ἡ χρυσόουσα χρυσοῦσα, τῆς χρυσοούσης χρυσούσης.
τὸ χρυσόον χρυσοῦν, τοῦ χρυσόοντος χρυσοῦντος.

Futurum.

ὁ χρυσώσων, τοῦ χρυσώσοντος.
ἡ χρυσώσουσα, τῆς χρυσωσούσης.
τὸ χρυσῶσον, τοῦ χρυσώσοντος.

Indefinitum.

ὁ χρυσώσας, τοῦ χρυσώσαντος.
ἡ χρυσώσασα, τῆς χρυσωσάσης.
τὸ χρυσῶσαν, τοῦ χρυσώσαντος.

Perfectũ & pluſquãperfectum,

ὁ κεχρυσωκώς, τοῦ κεχρυσωκότος.
ἡ κεχρυσωκυῖα, τῆς κεχρυσωκυίας.
τὸ κεχρυσωκός, τοῦ κεχρυσωκότος.

PASSIVVM.

MODVS INDICATIVVS.

Præſens.

Χρυσόομαι χρυσοῦμαι, χρυσόῃ χρυσῇ, χρυσόεται χρυσοῦται.
χρυσοόμεθον χρυσούμεθον, χρυσόεσθον χρυσοῦσθον, χρυσόεσθον χρυσοῦσθον.
χρυσοόμεθα χρυσούμεθα, χρυσόεσθε χρυσοῦσθε, χρυσόονται χρυσοῦνται.

Prçteritum imperfectum.

ἐχρυσοόμην ἐχρυσούμην, ἐχρυσόου ἐχρυσοῦ, ἐχρυσόετο ἐχρυσοῦτο.
ἐχρυσοόμεθον ἐχρυσούμεθον, ἐχρυσόεσθον, ἐχρυσοῦσθον ἐχρυσοέσθην ἐχρυσούσθην.
ἐχρυσοόμεθα ἐχρυσούμεθα, ἐχρυσόεσθε ἐχρυσοῦσθε, ἐχρυσόοντο ἐχρυσοῦντο.

Prçteritum perfectum.

κεχρύσωμαι, κεχρύσωσαι, κεχρύσωται.
κεχρυσώμεθον, κεχρύσωσθον, κεχρύσωσθον.
κεχρυσώμεθα, κεχρύσωσθε, κεχρύσωνται.

Præteritum pluſquamperfectum.

ἐκεχρυσώμην, ἐκεχρύσωσο, ἐκεχρύσωτο:
ἐκεχρυσώμεθον, ἐκεχρύσωσθον, ἐκεχρυσώσθην.
ἐκεχρυσώμεθα, ἐκεχρύσωσθε, ἐκεχρύσωντο.

Indefinitum.

ἐχρυσώθην, ἐχρυσώθης, ἐχρυσώθη.
ἐχρυσώθητον, ἐχρυσωθήτην.
ἐχρυσώθημεν, ἐχρυσώθητε, ἐχρυσώθησαν.

Futurum.

χρυσωθήσομαι, χρυσωθήσῃ, χρυσωθήσεται.
χρυσωθησόμεθον, χρυσωθήσεσθον, χρυσωθήσεσθον.

χρυσωθησόμεθα, χρυσωθήσεσθε, χρυσωθήσονται.

Paulò poſt futurum.

κεχρυσώσομαι, κεχρυσώσῃ, κεχρυσώσεται
κεχρυσωσόμεθον, κεχρυσώσεσθον, κεχρυσώσεσθον.
κεχρυσωσόμεθα, κεχρυσώσεσθε, κεχρυσώσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Pręſens & præteritum imperfectum.

χρυσόου χρυσοῦ, χρυσοέσθω χρυσούσθω.
χρυσόεσθον χρυσοῦσθον, χρυσοέσθων χρυσούσθων.
χρυσόεσθε χρυσοῦσθε, χρυσοέσθωσαν χρυσούσθωσαν.

Perfectum & pluſquamperfectum.

κεχρύσωσο, κεχρυσώσθω.
κεχρύσωσθον, κεχρυσώσθων.
κεχρύσωσθε, κεχρυσώσθωσαν.

Indefinitum.

χρυσώθητι, χρυσωθήτω.
χρυσώθητον, χρυσωθήτων.
χρυσώθητε, χρυσωθήτωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

χρυσοοίμην χρυσοίμην, χρυσόοιο χρυσοῖο, χρυσόοιτο χρυσοῖτο.
χρυσοοίμεθον χρυσοίμεθον, χρυσόοισθον χρυσοῖσθον, χρυσοοίσθην χρυσοίσθην.
χρυσοοίμεθα χρυσοίμεθα, χρυσόοισθε χρυσοῖσθε, χρυσόοιντο χρυσοῖντο.

Perfectum & pluſquamperfectum:

κεχρυσῴμην, κεχρυσῷο, κεχρυσῷτο.
κεχρυσῴμεθον, κεχρυσῷσθον, κεχρυσῴσθην.

κεχρυσώμεθα, κεχρυσῷσθε, κεχρυσῷντο.

Indefinitum.

χρυσωθείην, χρυσωθείης, χρυσωθείη.
χρυσωθείητον, χρυσωθειήτην.
χρυσωθείημεν, χρυσωθείητε, χρυσωθείησαν.

Futurum.

χρυσωθησοίμην, χρυσωθήσοιο, χρυσωθήσοιτο.
χρυσωθησοίμεθον, χρυσωθήσοισθον, χρυσωθησοίσθην.
χρυσωθησοίμεθα, χρυσωθήσοισθε, χρυσωθήσοιντο.

Paulò poſt futurum.

κεχρυσωσοίμην, κεχρυσώσοιο, κεχρυσώσοιτο.
κεχρυσωσοίμεθον, κεχρυσώσοισθον, κεχρυσωσοίσθην.
κεχρυσωσοίμεθα, κεχρυσώσοισθε, κεχρυσώσοιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

Χρυσόωμαι χρυσῶμαι, χρυσόῃ χρυσοῖ, χρυσόηται χρυσῶται.
χρυσοώμεθον χρυσώμεθον, χρυσόησθον χρυσῶσθον, χρυσόησθον χρυσῶσθον.
χρυσοώμεθα χρυσώμεθα, χρυσόησθε χρυσῶσθε, χρυσόωνται χρυσῶνται.

Perfectum & pluſquamperfectum.

κεχρυσῶμαι, κεχρυσῷ, κεχρυσῆται.
κεχρυσώμεθον, κεχρυσῆσθον, κεχρυσῆσθον.
κεχρυσώμεθα, κεχρυσῆσθε, κεχρυσῶνται,

Indefinitum.

χρυσωθῶ, χρυσωθῇς, χρυσωθῇ.
χρυσωθῆτον, χρυσωθῆτον.
χρυσωθῶμεν, χρυσωθῆτε, χρυσωθῶσι.

MODVS INFINITVS.

	Præſens & pręteritum imperfectum.
χρυσόεσθαι χρυσοῦσθαι.	Pręteritum perfect.& pluſquamperfect.
κεχρυσῶσθαι.	Indefinitum.
χρυσωθῆναι.	Futurum prius.
χρυσωθήσεσθαι.	Paulò poſt futurum.
κεχρυσώσεσθαι.	

PARTICIPIA.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

ὁ χρυσοόμενος χρυσούμενος, τοῦ χρυσοομένου χρυσουμένου.
ἡ χρυσοομένη χρυσουμένη, τῆς χρυσοομένης χρυσουμένης.
τὸ χρυσοόμενον χρυσούμενον, τοῦ χρυσοομένου χρυσουμένου.

Præteritum perfectum & pluſquamperfectum.

ὁ κεχρυσωμένος, τοῦ κεχρυσωμένου.
ἡ κεχρυσωμένη, τῆς κεχρυσωμένης.
τὸ κεχρυσωμένον, τοῦ κεχρυσωμένου.

Indefinitum.

ὁ χρυσωθεὶς, τοῦ χρυσωθέντος.
ἡ χρυσωθεῖσα, τῆς χρυσωθείσης.
τὸ χρυσωθὲν, τοῦ χρυσωθέντος.

Futurum prius.

ὁ χρυσωθησόμενος, τοῦ χρυσωθησομένου.
ἡ χρυσωθησομένη, τῆς χρυσωθησομένης.
τὸ χρυσωθησόμενον, τοῦ χρυσωθησωμένου.

Paulò poſt futurum.

ὁ κεχρυσωσόμενος, τοῦ κεχρυσωσομένου.

ἡ κεχρυσωσομένη, τῆς κεχρυσωσομένης.
τὸ κεχρυσωσόμενον, τοῦ κεχρυσωσομένου.

☞ MEDIVM.

MODVS INDICATIVVS.

Tempus præſens.

Χρυσόομαι χρυσοῦμαι, χρυσόῃ χρυσοῖ, χρυσόεται χρυσοῦται.
χρυσοόμεθον χρυσούμεθον, χρυσόεσθον χρυσοῦσθον, χρυσόεσθον χρυσοῦσθον.
χρυσοόμεθα χρυσούμεθα, χρυσόεσθε χρυσοῦσθε, χρυσόονται χρυσοῦνται.

Pręteritum imperfectum.

ἐχρυσοόμην ἐχρυσούμην, ἐχρυσόου ἐχρυσοῦ, ἐχρυσόετο ἐχρυσοῦτο.
ἐχρυσοόμεθον ἐχρυσούμεθον, ἐχρυσοέσθον ἐχρυσοῦσθον, ἐχρυσοέσθην ἐχρυσούσθην.
ἐχρυσοόμεθα ἐχρυσούμεθα, ἐχρυσόεσθε ἐχρυσοῦσθε, ἐχρυσόοντο ἐχρυσοῦντο.

Futurum.

χρυσώσομαι, χρυσώσῃ, χρυσώσεται.
χρυσωσόμεθον, χρυσώσεσθον, χρυσώσεσθον.
χρυσωσόμεθα, χρυσώσεσθε, χρυσώσονται.

MODVS IMPERATIVVS.

Pręſens & pręteritum imperfectum.

χρυσόου χρυσοῦ, χρυσοέσθω χρυσούσθω.
χρυσόεσθον χρυσοῦσθον, χρυσοέσθων χρυσούσθων.
χρυσόεσθε χρυσοῦσθε, χρυσοέσθωσαν χρυσούσθωσαν.

Indefinitum.

χρύσωσαι, χρυσωσάσθω.
χρυσώσασθον, χρυσωσάσθων.
χρυσώσασθε, χρυσωσάσθωσαν.

MODVS OPTATIVVS.

Prẹſens & prẹteritum imperfectum.

Χρυσοοίμην χρυσοίμην, χρυσόοιο χρυσοῖο, χρυσόοιτο χρυσοῖτο.
χρυσοοίμεθον χρυσοίμεθον, χρυσόοισθον χρυσοῖσθον, χρυσοοίσθην χρυσοίσθην.
χρυσοοίμεθα χρυσοίμεθα, χρυσόοισθε χρυσοῖσθε, χρυσόοιντο χρυσοῖντο.

Futurum.

χρυσωσοίμην, χρυσώσοιο, χρυσώσοιτο.
χρυσωσοίμεθον, χρυσώσοισθον, χρυσωσοίσθην.
χρυσωσοίμεθα, χρυσώσοισθε, χρυσώσοιντο.

Indefinitum.

χρυσωσαίμην, χρυσώσαιο, χρυσώσαιτο.
χρυσωσαίμεθον, χρυσώσαισθον, χρυσωσαίσθην.
χρυσωσαίμεθα, χρυσώσαισθε, χρυσώσαιντο.

MODVS SVBIVNCTIVVS.

Præſens & præteritum imperfectum.

Χρυσόωμαι χρυσῶμαι, χρυσόῃ χρυσοῖ, χρυσόηται χρυσῶται.
χρυσοώμεθον χρυσώμεθον, χρυσόησθον χρυσῶσθον, χρυσόησθον χρυσῶσθον.
χρυσοώμεθα χρυσώμεθα, χρυσόησθε χρυσῶσθε, χρυσόωνται χρυσῶνται.

Indefinitum.

χρυσώσωμαι, χρυσώσῃ, χρυσώσηται.
χρυσωσώμεθον, χρυσώσησθον, χρυσώσησθον.
χρυσωσώμεθα, χρυσώσησθε, χρυσώσωνται.

MODVS INFINITVS.

χρυσόεσθαι χρυσοῦσθαι	Præſens & prẹteritum imperfectum.
χρυσώσεσθαι	Futurum.
χρυσώσασθαι.	Indefinitum.

PARTICIPIA.

Prçſens & prçteritum imperfectum.

ὁ χρυσοόμενος χρυσούμενος, τοῦ χρυσοομένου χρυσουμένου.
ἡ χρυσοομένη χρυσουμένη, τῆς χρυσοομένης χρυσουμένης.
τὸ χρυσοόμενον χρυσούμενον, τοῦ χρυσοομένου χρυσουμένου.

Futurum.

ὁ χρυσωσόμενος, τοῦ χρυσωσομένου.
ἡ χρυσωσομένη, τῆς χρυσωσομένης.
τὸ χρυσωσόμενον, τοῦ χρυσωσομένου.

Indefinitum.

ὁ χρυσωσάμενος, τοῦ χρυσωσαμένου.
ἡ χρυσωσαμένη, τῆς χρυσωσαμένης.
τὸ χρυσωσάμενον, τοῦ χρυσωσαμένου.

Satis heus heus vos,iam ſatis, an nondum eſtis tundendo vtrinq; defeſſi? ictus multiplicare ſi pergetis, vereor ne follibus ruptis vitalibus,noſter aurifex animam exhalet,neque liceat hac parte veſtrum illuſtrare triumphum. Mirum ſi eius humeros gibbus occupat adhuc : ſed mirum magis fuerit, ſi non toti poſtea tuberibus extabunt. Plagas hinc ſi reportabit, auerſas reportabit,non aduerſas : vt vel ex eis nemini non liceat colligere, quanta ſit noſtro aurifici in bellando δεξιότης, & q̃ ſuſpiciẽda armorũ cognitio. Iam expiraſſe puto: vtut eſt, ſeponite:hîc nihil vinculis opus,nã periculũ nõ eſt ſuffugiat.

Verborum contractorum ordinibus diſſipatis,accisis, & in ſupremum exitium protractis,ſola ſuperſunt eorũ σκευοφόρα. Illic quædã eſt vilis & ſordida hominũ colluuies luctuoſa, lamentis gemitibúſq; obruta: propterea ꝗ de ſe iamiã iri exiſtimet actum,interfectorib⁹ etiam paratis iugulis, nec ſua ſanè falletur opinione. Abſit autẽ ſpurcus ille ſanguis inuictas veſtras polluat aut contaminet dexteras. Illuc,votis τῇ ληΐτιδι

nuncupatis, tranſmittãtur noſtri lignatores, coqui, pincernę, & pocillatores, lixæ, annonarij, & in totũ quicquid in noſtro exercitu multitudinis eſt abiectioris. Eò ventum cũ erit, ſi qui in deditionem ſe dare volent, nemo admittatur. Si de inducijs paciſcendis, ſi de fœderibus pangendis tractare conabuntur, ad Græcas remittantur kalendas: nemo ab cæde temperet. congeſtæ cadauerum ſtrages defodiantur: ſed nõ niſi ſpoliatę. Poſt expilationem, huc aſportẽtur tormẽta & machinę, arma, ſarcinæ, cõmeatus, & quæcunq; illic inuenta fuerit παρασκευή. Hoc ſtatim vt fiat, tu Aſteropæ munus hoc in te recipe, poſtmodum autem ad me cum alijs reuertere.

Contractio Verborum fit præeuntib⁹ vel ancipiti α vel duabus breuibus.

α	ε	in	α	βοάετε, βοᾶτε.
	ο		ω	βοάομεν, βοῶμεν.
	οι		ῳ	βοάοιμι, βοῷμι.
	η		α	βοάητε, βοᾶτε.
	ω		ω	βοάω, βοῶ.
ε	ε	in	ει	ποίεε, ποίει.
	ει		ει	ποιέεις, ποιεῖς.
	ο		ου	ποιέομεν, ποιοῦμεν.
	οι		οι	ποιέοιτε, ποιοῖτε.
	η		η	ποιέητε, ποιῆτε.
	ῃ		ῃ	ποιέῃ, ποιῇ.
	ω		ω	ποιέω, ποιῶ.
ο	ε	in	ου	χρυσόετον, χρυσοῦτον.
	ει		οι	χρυσόεις, χρυσοῖς.
	ο		ου	χρυσόομεν, χρυσοῦμεν.
	οι		οι	χρυσόοιμι, χρυσοῖμι.
	ου		ου	χρυσόουσι, χρυσοῦσι.
	ῃ		οι	χρυσόῃ, χρυσοῖ.
	η		ω	χρυσόητον, χρυσῶτον.
	ω		ω	χρυσόω, χρυσῶ.

Non temerè eſt,cōmilitones amiciſſimi,quòd vos in hunc locum voluerim, etiam ingruente nocte, conuocatos: nam conſcius ego mihi,neq; immemor quātū beneficium DEVS OPT. MAX. in nos vltro contulerit (dum ſcilicet fecit, vt orbē tetris vſqueadeo portētis liberaremus,) arbitratus itidē ſum par eſſe, & nimis cōſentaneum, vt aliò quopiam prius q̃ diuertamus,genubus in terram deiectis,ſimúlq; mentibus in cælū ſurrectis, illi gratias toto pectore ageremus: vt qui eodē armorum ſacramento copulati ſumus, ſimus & eodē ſuperis congratulandi animo coniuncti.Sanè pius erat,qui dixit: Bella gerunt homines, victoria pendet ab alto.

Rogem ego vos, Qui nos in tam truculenta concitauit mō ſtra,quid ſi in nos ea ipſe concitaſſet, & nobis ſuperiora feciſſet? vt minimum profectò victi turpiter abiuiſſemus omniū probro expoſiti,& non ferendo ludibrio. Quapropter velim neminē veſtrū eò inſanię venire,vt tanti facinoris,ne portiūculam quidem,ſuis neruis,viribus,ingenio, induſtriæ,vigori, ætatíve ſuæ floridæ adſcribat. Hîc ſi quid eſt boni, ſi quid honeſti, aut prȩclari, Deo vni, niſi certè talpa ſumus cȩciores, acceptum ferre oportere in cōſpicuo eſt. Prodigia iſthæc nocentiſſima,ſi aliquando voluit perdomari,per alios quàm per nos quídni domuiſſet? alijs quídni hanc prædam obieciſſet? tantum triumphum alijs ſeruaſſet? Scimus quādo animis primum noſtris belligerandi amorem inſeuerit, quando aggrediendi audaciā,quādo perficiundi operis cū volūtate voluptatem immiſerit, nō eſt cur referam conſiliorum ſubminiſtratam copiam, corporibus ſupra quàm dici queat additam fortitudinem, vbiq; fauorem eius aſſiduum & præſentiſſimum. Petam hoc potius, illa omnia vndénam ſunt, ſi de αὐτοφυεῖ quadam,& propria illi benignitate non ſunt? Video non ſine incredibili quidem gaudio,mea iuuentus,hoc ἀκρόαμα quantopere te afficiat, & rapiat. Sed rurſus video hæc quomodo carptim attingamus,& truncatè proferamus.Quare non po-

teſt mihi non vehementer dolere, quòd alia hiſce multò plura, & ſublimiora, quæq; mihi relatu non minus grata, quàm tibi auditu iucunda forent, per veſtram laſſitudinem, per diei & lucis penuriam, per loci incommoditatem, non liceat, vti volo, atque exopto, vobis exponere. Amplius ergo de hac re verba facere inuitus deſino. aliàs, ſi DEVS annuerit, non ita leuiter ac ſtrictim de ea dicturus.

Ergo ſtilum ad ea quæ ſuperſunt vertamus. Quid autem nunc ſuperet, niſi vt quo in loco hoſtiles copias excidimus, illic trophæum, ſempiternum rei geſtæ monimentum, erigamus? cui aduerſariorum arma nos imponamus: cui æneam adfigamus tabellam, de cuius inſcriptione omnibus palàm fiat, quo tempore & die, tam nobilis ſit parata victoria. Deinde certũ eſt, τροπαιοφόρῳ ſtipite collocato, vos ἐπινικίῳ excipere, ſi non ita lauto, & opiparo, ſaltem in quo liceat magna libertate de futuro propediem triumpho agere: ac diſpicere, quónam potiſſimum genere florum, qua, & quàm bella eorũ mixtura nobis coronas concinnemus, ſerta cõtexamus, quos ramos, & folioſas frondes inter triumphum maximè geſtemus. Nam rebus in diuerſum mutatis pro ὀρθίῳ ſtupendo, pro vociferatione & eiulatu frendenti, pro inſultu, furioſóq; concurſu, pro galea prægraui, ac fulmineo enſe, pro terrifico deniq; armorum crepitu: noua quadã rerum facie τήνελλος blandus apud nos exaudietur, ſuauia tibiarum, & teſtudinis τερετίσματα, percipientur: non deerunt cãtiuncularum omnis generis oblectamenta. Iuuenes innuptæq; puellæ in numerum ſaltãtes oſculis pudicis, & amplexibus decoris plauſibilia cunctis edent ſpectacula, capita noſtra inſigniet laurea fragrans, dexteras victricis palmæ ramuſculus ornabit decens.

Porrò autẽ ne cui ſiue pręſentis, ſiue futuræ tempeſtatis homini, veſtra ſit incognita virtus, inter vos carmẽ qui ſcribere norunt, carmen facient, quod in ore omnium verſetur, quod nuſquã non circunferatur, quod à parentibus ad liberos, per

manus velut, in omnem poſteritatẽ protendatur. Conficiũdę cantionis hinc, ſi videbitur, ὑπόθεσις ducatur.

Verbum extat etiamnum diuinitus quondam datum:
πόλεμός τις ἀσίδηρος ἀνὰ τὴν ἑλλάδα κεκίνηται.

Quod de alio atq; de noſtro bello quis promptũ putet? Præſertim cũ Pittacus, cui⁹ ἀποφθέγματα pro oraculo ſunt, dixerit:
Δεῖ τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιεῖσθαι.

Bella igitur cruenta faceſſant, hæc ſola Dijs grata. Sed deſideratiſſimæ rei, quò me abripit vehemẽs amor! Tempus admonet, vt iam in ſua ſe quiſq; recipiat contubernia. Vt autem fiant quę diximus, cras naſcente ἑωσφόρῳ ad me redite.

LIBER DECIMVS.

DOCTORVM hominum & eleganti iudicio prędito rum, ille eſt cõmunis calculus, atq; conſenſus, vt in rebus gerendis, grauia quę ſunt, miſceãtur leuib⁹, amara ſuauibus condiantur: hinc enim fieri, vt tẽperamento adhibito grauia molleſcãt, dulceſcant amara. Et verè ita nos cõparatum natura videmus, vt diſtincti varietate colores, viſum afficiant iucundius, diſſimileiſq; voces in vnum redactę concẽtum, aurẽ feriant concinnius. Hocce igitur me permouit vel facilimè, vt antequam de verbis in μι diſſeramus (quæ maxima ex parte de verbis manant circunflexis) de nomine rurſus, pauca quidem illa, ſed ſcitu non indigna, hoc loco proderemus, rati ſcilicet futurũ, vt animis noſtris diſputatione leui quidem, nõ ingrata autẽ, vt ſpero, refectis, & velut aſpergine quadã amica recreatis, ad verba in μι accederemus vegetiores, q̃ ſi ἀπνευστί, & tractu cõtinuo verba verbis cõmitterem⁹.

Superioribus ergo libris Nomen poſteaq̃ definiuimus, &

quę παρεπόμενα haberet diximus, primas τῷ εἴδει aſſignauimus. Speciem autem in duas partes diduximus: vt nominum alia dicerentur primitiua, alia deriuatiua. Nos iterum, hîc eadē de ſpecie pluſcula daturi, ac per ampliorē campū quaſi expatiaturi, rem augurijs felicibus, & omine fauſto ita auſpicabimur.

Quemadmodum omnes homines ſub vno hoc vocabulo, Homo, καθόλου & generaliter cōprehenduntur, κατ' ἰδίαν autē ac ſeparatim hos mares, illas appellamus fœmellas (hermaphroditos etenim atq; ἀνδρογύνους nō homines, ſed hominū potius mōſtra putamus) ſic nomina, quantūcunq; fuſè pateāt, laxiore, & ſumma diuiſione in πρωτότυπα diuiduntur, & παράγωγα. Deinde verò quomodo maſculi & fœminæ varijs de cauſis & conſiderationibus alias aliáſq; nāciſcuntur appellationes, vt hic pater, filius, rex, ſacerdos, iudex: illa mater, filia, regina vocetur: ſimili modo primitiua nomina & deriuatiua varijs cōtemplationibus, varijs ſubijciuntur appellationibus. Quę autē & quales illæ ſint, ordine tentemus cōmonſtrare.

PROPRIVM.

OCcurrit imprimis κύριον, quod cuiuſq; rei propriam & peculiarē notat ſubſtantiam: veluti γανυμήδης, πηνελόπη, βουκέφαλος. Hæc vel hinc propria eſſe cōſtat manifeſtiſſimè, quòd ſimul atq; exaudis verbulū hoc, γανυμήδης, de confuſanea virorū multitudine vnū ſeligis Ganymedem: ad quē alijs poſthabitis viris, tua cogitatio rectà fertur. Non diſſimiliter accidit in vocabulo Penelope, & Bucephalus: nam ex multis mulieribus & equis illam & hunc ſolitariè ſeducis, certóq; animi conceptu complecteris.

APPELLATIVVM.

ΠΡοσηγορικὸν vaſtam & latè ſparſam ſignificat ſubſtantiā. De hoc genere quę nuper κύρια vocabamus, gignūtur, neq; ob aliud illa ſunt his præpoſita, niſi ꝙ illa ſunt certiora

Sunt ergo proprijs nuper adductis communes hæ voces, ἀνήρ, γυνὴ, ἵππος.

ADIECTIVVM.

LOcetur poſt illa ἐπίθετον, quod ſubſtantiæ quidē notationem non habet, ſubſtantiæ autem ἐπιτίθεται, & adijcitur, maximè haud dubiè vt eius qualitatem ſignet, aut quantitatem. Vti cum dico, βουκέφαλος ταχύς, conſideras protinus τῷ βουκεφάλῳ, quæ ſubſtantia eſt propria, inditam ποιότητα, velocitatem nimirum. Item βακτηρεία μεγάλη: hîc ſubſtantiæ communi iunctam ποσότητα ſpectas. Videas idem & in his: γυνὴ εὐειδής, μικρὸς λόγος.

Fuerit nobis hîc animaduertendum nomina quędam eſſe, ἐπαμφοτερίζοντα dicta, propterea ꝙ & appellatiuorū, & adiectiuorum naturam ſpirent: huiuſmodi eſt nomen βασιλεύς. Dic, κελεύει οὕτως ὁ βασιλεύς. Planè βασιλεὺς eſt προσηγορικόν. At ſi dixeris, φράγκισκος ὁ βασιλεὺς οὕτως ἐπιτάττει, facile agnoſcis epitheton: nam idem ſonat quod ὁ βασιλεύων. Simili figura dicitur, οἱ πολῖται ἐπισυνάγονται, & ὦ ἄνδρες πολῖται ἀκούσατε. Latinorum Appoſitio hinc abhorrétne?

Iam nunc tranſire liceret ad nouam nominum ſpeciem, niſi varias τῶν ἐπιθέτων formas, & terminationes noſſe, oppidò quàm neceſſarium arbitraremur, & ita rem habere paulò poſt tuipſe experiere.

In ας fœmininum faciunt αινα, neutrū αν: ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν. Tolle πᾶς, πᾶσα, πᾶν: & μέγας, μεγάλη, μέγα.

Quibus maſculinum per εις deſinit, fœmininum per εσσα, neutrum per εν finit: χαρίεις, χαρίεσσα, χαρίεν.

Et vt comprehenſim dicamus, voces hæ: ην, ης, & ις communes ſunt, quibus reſpondent hæ neutræ: εν, ες, & ι: vt ὁ καὶ ἡ τέρην, ἀληθής, φιλόπατρις: τὸ τέρεν, ἀληθές, φιλόπατρι.

In ος quæ exeunt preſſius aliquanto ſunt, & circunſpectius expendenda. Nam ſi ος eſt purum, fœmininum per α deſinit,

neutrum in ον, ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον. Præter ὄγδοος, cuius fœmininum ὀγδόη lectum eſt.

At ſi ος eſt impurum, fœmininũ in η deſinit: ὁ φίλος, ἡ φίλη, τὸ φίλον. Excipiuntur quę ρ ante ος habent: nam vox eorũ fœminina in α deſinit: μοχθηρός, μοχθηρά, μοχθηρόν. Item compoſita, & Attica, ος enim commune habent: ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, καὶ τὸ φιλόσοφον, ὁ καὶ ἡ κόσμιος, τὸ κόσμιον. Quę finiunt ους, ſunt & ipſa bifariam ſpectanda. Nam ſi incontracta ſunt, maſculinum & fœmininum per ους mittunt, neutrum per ουν, ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν. Sed ex contractione quę ſurgunt, vt χρυσοῦς (à χρύσεος enim fit) fœmininum ferè per η, neutrum per ουν edunt, ὁ μολιβδοῦς, ἡ μολιβδῆ, τὸ μολιβδοῦν. Addidi, ferè, propter ἀργυροῦς, quod fœmininum ἀργυρᾶ facit.

Rurſum in υς modo ſunt oxytona, modo varitona. Prioris naturæ quæ ſunt, fœmininum in εια, neutrum in υ habent: vt ὁ ἡδὺς, ἡ ἡδεῖα, τὸ ἡδύ. Demitur πολὺς, quod à πολλὸς nomine minus vſitato, capit fœmininum πολλή. Varytona autem υς κοινὸν habent υ neutrum: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ.

Terminatio ων generis eſt communis, neutrum eſt ον, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον.

Attica ως itidẽ cõmune faciunt, ων neutrũ: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων.

Deniq; quibus adiectiuis vnica vox eſt, trium generum vt ſit, par eſt: ὁ ἡ καὶ τὸ μάκαρ, ἅρπαξ.

EPONYMVM.

Ἐπώνυμον eſt quod proprijs tantùm nominibus, ceu peculiare quoddam eorum adiectiuum hęret.

Secernũtur hęc nomina ab ἐπιθέτῳ, quoniam hoc proprijs & appellatiuis promiſcuè iungitur: καρτερὸς ἀνήρ, καρτερὸς ἡρακλῆς: εὔχλωρος βοτάνη, εὔχλωρος ἡδύοσμος. Eponyma autẽ vni tantùm competunt ſubſtantiæ, cui poſtquam ſemel applicueris, alij date non licet vlli, velut τερπικέραυνος, τῷ Διΐ ſolùm

tribuunt: quòd is vnus fulmina torquere, illis in vltione gaudere, exiſtimetur. Sic antiquiſſimi Græcorum Neptunum vocarũt ἐννοσίγαιον, & σεισίχθονα: arbitrati terrę cõcuſſiones & motus, fieri fluctibus, & pulſu aquarum in terrę cauis & meatibus vndantium. Hinc eſt Latinis Iuno Lucina, Mars Gradiuus, Venus Cytherea.

Nominum hæc ſpecies adeò fixè proprijs nominibus amat adhærere, vt per ſe poſita, illorũ vices nõ rarẽter gerat. Quòd ſi duo iuncta ſine proprio reperias, alterũ proprij loco eſſe poſſis putare: aut certe amplioris ſignificantię gratia, illa fuiſſe copulata. Mercurius apud poëtas διάκτορος appellatur, ꝙ Deorũ fingant internuntium: idem, quòd Argum interfecerit (ita enim pleriq; cenſent) ἀργειφόντης appellatur. Homerus ἑρμείαν nomine nõ appoſito, duplici ἐπωνύμῳ Mercuriũ honeſtauit:

Αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ.

Nuntio diua ferenti Iuppiter Argiphontæ
Dehinc dedit.

In epitheton ne quippiam tale cadat, ipſe dictionis etymus repugnat manifeſtariè.

Amplius: cũ Eponymũ proprij locũ obtineat, meritò & vnius generis eſſe debet, eius nimirũ cuius eſt nomẽ cui adaptatur, vel in cuius locũ ſubſtituitur, teſtãtur hocce ſatis ὁ φοῖβος, ὁ ἀπόλλων, ἡ ἀφροδίτη, ἡ λκῖτις, ἡ βριμώ. At longè aliter adiectiuo contingit: quod, vti paulò antè viſum eſt, triũ fermè ſemper eſt generũ.

DIONYMVM.

PRoprijs item nominibus διώνυμον nomen apponitur, vt vnius, eiuſdémque rei duo ſint nomina: quo modo Priami filius duplici eſt nomine appellatus: πάρις, καὶ Ἀλέξανδρος. Sic Troiæ fluuius Σκάμανδρος & Ξάνθος.

Differt Dionymum ab Eponymo, ꝙ eponymũ cũ ſuo proprio cõuertatur: nã qui τερπικέραυνος eſt, idẽ eſt Ζεὺς, & permutatim. Aliter in διωνύμῳ rem habere videas. Nam vt Σκάμαν-

δρος ſit Ξάνθος, non cōtinuò tamen quod eſt Ξάνθος, idē eſt & Σκάμανδρος, cum Ξάνθος ſit nō modo Troiæ, ſed & Lyciȩ fluuius: præterea philoſophi nomen. Nec Αλέξανδρος cū Paride conuertitur, cum Alexandri nomine quamplurimi fuerint vocati.

VNIVOCVM.

EST alia nominis ſpecies, quæ facie prima cum ſuperiore videatur congruere συνώνυμον, Vniuocum pleriq; omnes appellant: hoc diuerſis vocibus rem ſignificat eandem: vt ξίφος, μάχαιρα, σφάγανον: enſis. Sed vel hoc vno differt à διωνύμῳ, quòd illud ſit propriorum, hoc appellatiuorum.

AEQVIVOCVM.

OPpoſito modo ſe habet ὁμώνυμον: vt quod res diuerſas eodem nomine notet: vt λέων. Dictio enim vna hæc & hominem, & beſtiam, & cæleſte ſignum cōprehēdit: adeo vt ſi id verbi ſimpliciter audias, animi pendeas ſit neceſſum: hæſites quoq;, de quónam potiſſimum intelligatur.

PHERONYMVM.

VOcant φερώνυμον quod ab euentu aliquo eſt impoſitum nomen: quale contigit Megapenthi. Ob raptam enim à Paride Helenam Menelaï vxorem, cū tota Græcia lugeret, tum de ancilla puer natus eſt Menelao, cui de magno luctu illo inditū eſt nomē, Μεγαπένθης. Et Tiſamenus Oreſtis filius, quoniam eo tēpore natus eſt, quo Oreſtes ſuam matrem Clytęmneſtram vlciſceretur, quòd Agamemnonē ſuum maritum, & Oreſtis patrem occidiſſet, παρὰ τὸ τίσασθαι, id eſt ab vlciſcendo & vindicando Τισάμενος eſt vocatus. Non abſimile eſt quod de Homero tradunt: is quòd ad Meleten fluuiū Smyrnę genitus eſſet, Meleſigenes primū eſt appellat⁹.

Cui poſtea nouus euentus nouum indidit φερώνυμον. nam longa & prægraui excæcatus pituita, Homerus vocatus eſt apud Cumanos: quorum lingua cæci vocantur homeri.

COMPARATIVVM.

ΣΥγκριτικὸν nomen eſt quo res duæ vel plures inter ſe cōferuntur: ratione interim habita potiſſimum qualitatis alicuius, aut quantitatis, puta doctrinæ, magnitudinis in alterutro, eorum qui comparantur, vel excedentis vel deficientis. vt ἐγὼ εἰμὶ ἀληθέστερός σου, σὺ δὲ εἶ πλουσιώτερός μου. Ego te veritate, tu diuitijs me ſuperas. Sic ἡ ὀξαλὶς τῆς κράμβης ἥττων· τῆς δὲ δάφνης ἡ φοῖνιξ μείζων. Oxalis crambe eſt minor: at palma lauro eſt procerior.

Comparatiua propemodum omnia de nominibus fiunt adiectiuis, éſtque communis eorum terminatio τερος: quę adiectiuis vnde ducuntur multipliciter adſuitur.

Adiectiua in ας neutro ſuo in αν addunt τερος. μέλας, μέλαν, μελάντερος. Quam formam ſeruāt in ης, & υς adiectiua. ἀπρεπὴς, ἀπρεπὲς, ἀπρεπέστερος: γλυκύς, γλυκὺ, γλυκύτερος.

In εις quæ exeunt ι diphthongi expellunt, mox τερος ſubnectunt: χαρίεις, χαριέστερος.

Quæ autem ους finiunt, maſculino nominatiuo τερος ſimpliciter addunt, ἁπλοῦς, ἁπλούστερος.

De nominatiuo plurali formāt in ην & ων deſinentia, ἄῤῥην, ἄῤῥενες, ἀῤῥενέστερος: ἄφρων, ἄφρονες, ἀφρονέστερος.,

Poſtremò in ος adiectiua σ exterunt, in cuius locum τερος ſubmittunt: παλαιὸς, παλαιότερος. Obſeruatione tamen hîc opus. Si ante ος, ſyllaba lōga eſt, ante τερος ο erit: πρᾶος, πραότερος:: ἔνδοξος, ἐνδοξότερος. Alioqui ο in ω vertitur. νέος, νεώτερος: σοφὸς, σοφώτερος: φίλος, φιλώτερος, ſed φίλτερος per ſyncopen in vſu eſt magis. Sunt qui à κενός, κενότερος faciant. Nam à στενός fieri στενότερος omnibus in confeſſo eſt.

SVPERLATIVVM.

NOmen ὑπερθετικὸν res quoq; inter ſe confert, ſed quæ ſint duabus plures. vt ὅμηρος ἦν τῶν ποιητῶν ἐξοχώτατος. Comparatiuum autē duas etiam res inter ſe confert. ἀχιλλεὺς ἐγένετο ἀνδρειότερος τοῦ ἕκτορος.

Superlatiui τύπος communis, & frequentiſſimus eſt τατος. Subrogantur enim hæ duæ ſyllabæ in locum τοῦ τερος nominis comparatiui. εὐνούστερος, εὐνούστατος: ἀκριβέστερος, ἀκριβέστατος.

Hucuſque de nominibus comparatiuis & ſuperlatiuis quæ dicta ſunt, ad κοινὴν formam pertinent. Certè præter id quod dictum eſt, adijciēdum & alias eſſe duas eorum καταλήξεις, ων ſcilicet comparatiuorum: στος ſuperlatiuorum. Quæ vtcunque ſe habeant, accipiantur. Nam præſcriptis νομικοῖς quid conueniat cum ἀνωμαλίᾳ?

Eorum ergo in quæ hæc competunt, alia his ſolis gaudent, alia cum forma communi admittunt & irregularem. Videas ſine poſitiuo comparatiua. Videas ſuperlatiua vtroque deſtituta, aut ſaltem ab vllo formandi veſtigio longiſſimè remota. Cæcis tantùm iſthæc non erunt perſpicua.

μέγας, μείζων, μέγιστος.
καλὸς, καλλίων, κάλλιστος.

ἀγαθὸς { ἀμείνων. / βελτίων, βέλτιστος. / ἀρείων, ἄριστος. }

κρατερὸς, κρείσσων, κράτιστος. Sanè per μετάθεσιν, καρτερὸς pro κρατερὸς dictum apparet.

κακὸς { κακίων, κάκιστος. / χείρων. / χερείων. }

μικρὸς { μείων. / ἥττων. / ἐλάσσων, ἐλάχιστος. }

ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾶστος.
ἐχθρός, ἐχθίων, ἔχθιστος.
αἰσχρός, αἰσχίων, αἴσχιστος.
οἰκτρός, οἴκτιστος.
πολὺς, πλείων, πλεῖστος.

βραχὺς { βραχύτερος, βραχύτατος.
βραχίων.

ὠκύς { ὠκύτερος, ὠκύτατος.
ὠκίων, ὤκιστος.

γλυκὺς { γλυκύτερος, γλυκύτατος.
γλυκίων, γλύκιστος.

παχὺς { παχύτερος, παχύτατος.
παχίων, πάχιστος.

ταχὺς { ταχύτερος, ταχύτατος.
ταχίων, τάχιστος.

βαθὺς { βαθύτερος, βαθύτατος.
βαθίων, βάθιστος.

βραδὺς { βραδύτερος, βραδύτατος.
βραδίων, βράδιστος.

In hæc παράνομα regulam hanc tradunt Grammatici: Quæ diſyllaba ſunt, in penultima diphthōgum habēt. μείων, πλείων, χείρων. Polyſyllaba verò ι ſolum: βελτίων, καλλίων. Tria ſubtrahūtur: ἀμείνων, ἀρείων, χερείων. Ad horū declinationē quod pertinet, in variandis ὀλιγοπάθεσι dictū putamus cumulatiſſimè.

Finis iam huic diſputationi eſſet, niſi hîc aliud ſe ingereret, animaduerſione, (niſi fallimur) haudquaquam indignū. Hoc illud eſt. De cōparatiuis verba facturi, ab initio ſtatim ſcripſimus, Comparatiua propemodum omnia de nominibus fieri adiectiuis. Quæro, Quid eſt quod nos mouit, vt verbum hoc,

propemodum,adijceremus? Profectò non aliud quàm nõnullorum comparatiuorum anceps origo. Multa ſunt quæ de verbis putes formari: propterea quòd nihil videas affinius, vnde tu ea ducas. Nam de φέρω cur nõ exiſtimes φέρτερος,& anorme φέριστος creari? A participijs ſunt qui obfirmatè credãt cõparatiua naſci: ἐῤῥωμένος, ἐῤῥωμενέστερος. A præpoſitionibus quoque, πρότερος, ὑπέρτερος, ab ὑπὲρ & πρὸ. Ab aduerbijs etiam, ἐγγὺς, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος: ὕψι, ὑψίτερος, ὕψιστος.

Ego quandoquidem neq; ſoleo, neque amo longa oratione ἀντιλέγειν, hoc tantùm dicam: Comparatiuis genuinum & maximè inſitum eſt, vt qualitatis, aut quantitatis incrementum ſignificent,ſiue decrementum. Verba & Participia actionem potius norunt, & paſſionem. Quòd ſi participia qualitati quis cẽſeat ſubiecta,vt ἐῤῥωμένος: valens,habitus: procliuius eſt ego vt credam tum participia non eſſe, ſed in nomina migrare. A præpoſitionibus autem, qualitatis & quantitatis planiſſimè expertibus, nomina comparatiua fieri, nulla omnino ratione imaginer. Tolerabilius foret ab Aduerbijs gigni,quòd ea neq; qualitatibus vacent,neq; quantitatibus. & re vera formant cõparatiua:ſed quæ aduerbia ſint,non nomina. σαφῶς, σαφέστερον, σαφέστατα: ἀκριβῶς, ἀκριβέστερον, ἀκριβέστατα. Quæ res etiam liquidiſſimè oſtendit,comparatiua & ſuperlatiua aduerbiorum, de neutris fieri comparatiuorum nominum & ſuperlatiuorum: tantùm abeſt,vt hæc ab illis deformentur. Et vt tãdem quod ſentio dicam, crediderim potius huiuſcemodi comparatiua ſine certo & vſitato eſſe poſitiuo. Alioqui cum his iungenda illa forent, βελτίων, κρείττων, μείων, ἥττων, & id genus alia: quæ venirent à βελτιόω, κρειω, μειόω, & ἡττάω.

Sunt Comparatiua & alia,numero haudquaquam paruo,nobis ἐξεπίτηδες ſilẽtio pręterita: λωΐων, θάσσων, πάσσων, βράσσων, κάῤῥων, ῥιγίων, & generis eiuſdem infinita, quæ ſtudioſorum diligentia ſic ſunt adnotanda, vt quæ probatis oratoribus familiaria viderint,non dubitent ſumere. Quæ verò de ſolis vide-

bunt vſurpata poëtis, tum vtantur, cum fuerint & ipſi poëtæ. Flagitioſum me hercule eſſet, ſi liberrima poëtarum licentia ſolutæ ſubſeruiret orationi. Bene erit ſi quæ ῥητορικὰς ſunt, oratoribus: & quæ ποιητικῶς, relinquantur poëtis.

TEMPORALE.

QVæ tempus innuunt χρονικὰ vocantur: ὥρα, ἡμέρα, μήν, ἔτος.

LOCALE.

LOci & poſitionis quod habet ſignificationem τοπικόν: πλήσιος, δεξιός, ἀριστερός.

COMPREHENSIVVM.

HVc adde περιεκτικόν, quo aliquid capi & comprehendi ſignamus: δαφνών, ῥοδωνιά, ἀμπελών.

FACTITIVM.

NOmen appellant πεποιημένον, quod ad imitationem rei cuiuſpiam fit: vt φλοῖσβος aquarum ſonus. vndis enim litora ferientibus, vel vndis etiam ipſis ſeſe collidentibus, ſonus huiuſmodi elicitur φλοῖς, φλοῖς, φλοῖς. Sagitta quoq; vehementi impetu miſſa, ſtridorem & ſibilum edit ῥοῖζ ſono protenſiore: vnde fictũ apparet ῥοῖζος. Talia ſunt Latinis infinita: fragor, grus, coaxare, mugire, crocitare, taratantara.

ABSOLVTVM.

ESt & ἀπολελυμένον, cuius ſignificatio per ſe intelligitur, nec, vt cognoſcatur, alia opus eſt dictione: θεός, λόγος, δάκτυλος.

AD ALIQVID.

OPponitur huic, nomen πρός τι ἔχον, quod ad aliud refertur, tantámque cum eo habet cognationem, vt ſine eo ſubſiſtere non queat. vt δεσπότης ad δοῦλος reſpectum habet. Si enim dominus non eſt, niſi qui ſeruum poſſidet: fieri nõ poteſt, vt dominum ſine ſeruo intelligas: nõ magis quàm πατήρ,

ſine nomine ὑός. nam reciproca hæc conſideratione dicũtur: filius,patris filius:& pater,filij pater.

QVASI AD ALIQVID.

ALiud eſt quod vocant ὡς πρός τι ἔχον, vt νύξ.rationem enim habet quãdam cum nomine ἡμέρα. Quomodo ζωή & θάνατος.Conſtat à ſuperiore differre, quoniã licet vtrunq; propria & ſeparata imaginatione cõſiderare. Perpetuam enim noctem, & tenebras, quid ni animo concipias? Adhæc alterius exortus, alterius eſt interitus. fugat lux tenebras:nec vſquam mors eſt,niſi vbi vita eſſe deſijt.At quę ſunt ad aliquid,indiuidua vinciuntur coniunctione.

GENERALE. SPECIALE.

VOcant γενικὸν nomen magis cõmune:& latiſſimè porrigitur,in ſéque multa alia comprehendit nomina,de quibus noua ſpecies nominis conſtituitur. hinc enim nomen eſt, quod εἰδικὸν appellant.Speciale & minus commune,vt quod nimirum τῷ γενικῷ includitur. Generale nomen eſt ζῶον, cuius ſpecies ſunt ἄνθρωπος, ἔλαφος, περιστερά, δασύποδος,& cætera. Quòd ſi lubet familiarius exemplum dari, τὸ γενικὸν, & τὸ εἰδικὸν, nomina ſunt εἰδικά, quorum genus eſt ὄνομα. Nam quemadmodum dicimus, arborum alia eſt abies, alia fagus,alia pomus,&c.ſic dicimus,nominum alia ſunt ſubſtantiua,alia adiectiua,alia generica,alia ſpecialia, καὶ τὰ λοιπά. Et vt breuiter rem tractemus, Id de quo quærimus per τί ἐστι, eſt εἰδικὸν:Id autem quod ita interroganti reſpõdetur,γενικόν. τί ἐστι κνίδη, πόα:τί δικαιοσύνη, ἀρετή.

Ne quis autẽ miretur, quòd has ſpecies iunctim doceamus, ſciat eas aliter doceri commodè nõ poſſe:adeo enim inter ſe cohærent,vt alteram ſine altera non intelligas: non eſt enim genus ſine ſpecie,neque viciſſim ſpecies ſine genere.Ergo,inquies,hæc nomina ſunt ad aliquid. Scilicet. Nam nihil vetat,

quominus eædem res,diuerſis rationibus diuerſa ſortiãtur nomina.Quod comparatiuum eſt,adiectiuum quoq; eſt:& quod proprium, ſubſtantiuum . Verùm alia & alia ratione , ſic aut ſic appellata.

PATRONYMICVM.

ΠΑτρωνυμικὰ nomina ſunt,vti vel ex ipſa voce licet colligere,quæ de patris nomine veniũt, & eius filium aut filiam ſignificant , vnde ducta ſunt. vt λαερτιάδης, ὁ τοῦ λαερτίου υἱός. Minus propriè autem ab auorũ quoq; nominibus deſcendunt.vt αἰακίδης dictus eſt Achilles,Æaci nepos:patre enim Peleo natus erat . Patronymico igitur κυρίῳ vocabitur Achilles πηλεΐδης:καταχρηστικῶ autem,αἰακίδης.

Patronymicorũ alia ſunt maſculina,alia fœminina.Maſculinorũ fines ſunt tres:δης,κοινός:ων,ἰωνικός:& αδιος,αἰολικός.

Quæ in δης deſinunt,aliquando ι ante δης habent,aliquãdo vero α.Si penultima primitiui & nominis vnde ducuntur habebit ι, in αδης exibit patronymicum: λαέρτιος,λαερτίου,λαερτιάδης.Eandem formã ſeruant, quæ de nominibus primæ declinationis ꝓdeũt.vt βορέας βορέου,βορεάδης.Secus ſi eſt,ι præit δης:πηλεύς,πηλέος πηλεΐδης:πρίαμος πριάμου,πριαμίδης:δημοσθένης,δημοσθένους,δημοσθενίδης:μέμνων,μέμνονος,μεμνονίδης.

Ionica fiunt à cõmunibus,ſola mutatione τοῦ δης in ων:ἀτρεὺς ἀτρέος,ἀτρείδης,ἀτρείων:κρόνος κρόνου,κρονίδης,κρονίων.

Rara vt ſunt in αδιος,ita nec certa formandi lege pręſcribũtur.Sed res hæc neutiquã eſt operoſa.Si de nomine vel patris, vel aui conſtiterit(conſtabit autem ſi gnauiter quæſieris) non eſt quòd ſis de formatione ſolicitus . Pittacus ὑῤῥάδιος eſt appellatus, quòd eius pater ὕῤῥας diceretur . Hoc ſi cognoueris, quid eſt,quæſo,quod te fingere illud ab hoc impediat?

Fœminina patronymica terminationũ totidem ſunt , quot & maſculina:ας,ις,& νη.Quæ in ας & ις deſinunt fiunt à maſculinis, δη literis extremæ ſyllabæ eiectis.βορεάδης,βορέας:νεστορί-

δης, νεσορίς. In ιη ſi à primitiuo ſunt in cuius penultima ſit ι ante ιη, ω poſcunt: ἀκρίσιος, ἀκρισιώνη. Quòd ſi ι nō fuerit, ante ιη ι locatur: ἄδρασος, ἀδράσυ, ἀδρασίνη.

Patronymica maſculina primæ ſunt declinationis, fœminina in ιη ſecundæ. At in ας & ις quintæ.

Maius eſt patronymicum ſuo primitiuo, niſi facta ſit ſynæreſis: βονθοίδης pro βονθοΐδης.

GENTILE.

Gentem quæ ſignificant, ἐθνικὰ vocantur. Fiunt autem nonnūquam ab vrbe, καρχηδόνιος, ἀπὸ τῆς καρχηδόνος. A regione, φρύξ ἀπὸ τῆς φρυγίας. A rege & nobili principe, Τρῶες & Δαναοί, ἀπὸ τῶ βασιλέων, Τρωὸς καὶ Δαναῦ.

INTERROGATIVVM.

Eſt præterea τὸ ἐρωτηματικόν, quod & πευστικόν vocatur, hoc eſt percontatiuū, vſum ſui pręſtat in interrogādo. τίς ὅπερ ἐποίησε: ποῖος, quod, modo qualis, modo quotus ſignificat: ποίᾳ ὥρᾳ ἀπελύσεται: & πότερον ἑώρακας.

INDEFINITVM.

Certitudinem rei ſcrutatur ἐρωτηματικόν, at noſtrum hoc ἀόριστον, tantum ſub incerto enunciatur. Solet fieri tamen ab Interrogatiuo, præponēdo illi τὸ ο: ποῖος, ὁποῖος: πότερος, ὁπότερος. Porrò τίς interrogatiuum acuitur, indefinitum autem grauatur, τὶς δ' ἂν ὧτω φήσει.

RELATIVVM.

Deinde eſt ἀναφορικόν, quod aliò refertur, vt ignoratæ, nec ſatis compertæ rei cognitionem, ſi nō ſemper exactam, certè qualemcūq; indicet. ὅσον τὸ ἀξίωμα εἶναι δοκεῖ, τοσοῦτο καὶ ἀξιώματος ἁμάρτημα. Dubitātibus quantum ſit magiſtratus crimen & facinus, ad amplitudinem & dignitatē recurritur τῶ ἁμαρτάνοντος. Et οἷος ὁ πατὴρ ἐγγένετο, τοιοῦτον καὶ τὸ

παῖδα ἔσεσθαί φασιν. Qui de futuris filij moribus ambigit, ad paternos confugit: nominibus ἀναφορικοῖς, puta talis, tantus, illuc te remittẽtibus. Præponas, poſtponáſue nihil refert. τοσοῦτο δοκεῖ τοῦ ἀξιώματος εἶναι ἁμάρτημα, ὅσον καὶ τὸ ἀξίωμα. vel, ποῖος ὁ παῖς ἔσεται, οἷος ὁ πατὴρ ἐγγένετο.

PARTITIVVM.

SVperioribus adnecte ἐπιμεριζόμενον, quo coniuncta, & ſimul poſita diſſeparantur. Partitionẽ fieri τετραχῶς tradunt: vnum aliquando ex duobus ſignificamus, ἕτερος ἀναγινωσκέτω, de duobus verba faciẽtes vel hunc, vel illum legere imperamus. Aut duo ſigillatim ſegregamus. προστίθου τὴν ἑκατέραν χεῖρα, vtrãq; manum iubeo admoueri, ſed non iunctim. hoc enim ſi ego innuerẽ, ἀμφοτέραν potius, id eſt ambas dicerem. Eſt rurſus cum ex multis vnũ notamus, ἐκ τῶν μαθητῶν ἄλλος ᾄδει, γράφει δὲ ἄλλος, ἄλλος ἀναγινώσκει, τελευταῖον ἄλλος διατελεῖ θορυβῶν. hoc dico, ex multis diſcipulis, hunc canere, illum ſcribere, aliũ legere, vnum quempiam tumultuari pergere. Denique vno verbo multos ſigillatim deſignamus: ἕκαστος ὑμῶν περὶ τὴν παιδείαν σπουδὴν ποιείσθω. Veſtrum vnuſquiſq; ſedulam diſciplinis det operam. Vna dictione omnes hîc tanguntur: quæ tantum ſemel ponitur: non autem, vt in tertio diſtributionis modo, ſubinde iteratur.

COLLECTIVVM.

¶Quod nomen in numero ſingulari multitudinem complectitur, περιληπτικὸν nuncupatur, vt δῆμος, ὄχλος.

MATERIALE.

ALia eſt ſpecies nominis, quod μετουσιαστικὸν vocant: παρὰ τὸ μετέχειν τῆς οὐσίας, id eſt à cõmunione ſubſtantię, quam habet cũ eo nomine à quo deriuatur. Vnde nonnullis etiã eſt viſum, hęc nomina Subſtantialia appellitare, λίθινος lapideus: vt τεῖχος λίθινον, lapideus murus, qui lapidibus erigitur & ſub-

ſiſtit. Horatius murum aheneum, Vegetius ferreum ſchemate παροιμιώδει ſcripſerunt. Quales ſomniare, quàm videre magis datur: ſed ne per ſomnium quidem aliter, hoc eſt ſine ære vel ferro tales conſurgerent. Vocata ſunt à Latinis nõ ineptè Materialia, quòd materiam deſignent. vt ξυλίνη, ἢ ὀστείνη λαβή: manubrium cuius materia eſt vel lignum vel os.

Gignitur hæc nominum ſpecies, à nominibus quæ vocãtur ὁμοιομερῆ: ſi non diſplicet, Similaria nuncupato: ea ſunt quorũ partes eandem rationem atq; idem nomen cũ toto obtinent, vt σάρκινος, carneus. Portio enim carnis quantulacunq; monſtretur, eſt caro. In hanc præcipuè claſſem reducuntur metallorum, & elementorum nomina.

Terminationes horũ nominũ ſunt tres: in εος finiunt, quæ de metallis declinantur, & κατὰ συναίρεσιν in ους. χρύσεος, χρυσοῦς. Sic ἀργύρεος, σιδήρεος, χάλκεος. Alioqui vel in ινος, vel in ωδης terminãtur. πήλινος, πηλώδης: ὀστράκινος, ὀστρακώδης. Nõ deſunt qui putent in ωδης etiam copiam ſignificare. ποιώδης, πετρώδης, κονιορτώδης: quorum ego ſententiæ non inuitus aſtipulor. κεράμεος formam τῶν ἐκ μετάλλων ſequitur.

ORDINALE.

SVbdimus τακτικόν, ſeriei & ordinis nomen: vt πρῶτος. Profectò aliquid primũ idcirco dicitur, quòd ſit ante ſecundũ, & ante ipſum aliud nihil. Ordine enim qui ex duobus cõſtat, ſublato, deſinet primum eſſe, fiétq; pro ordinali numerale: vnum ſiquidẽ incipiet dici, non primũ. Eadem ratione ſi quod eſt primum expuleris, quod eo manẽte δεύτερον vocabatur, πρῶτον appellabitũ: vt quod nimirũ antecedat nihil.

NVMERALE.

ARιθμητικόν, eſt quo numeramus. Numerationem autem ab vno proficiſci, inter omnes tam cõuenit, quàm ſitne vnum inter numeros collocãdum, inter multos parum congruit. Qui contẽdunt non eſſe, hoc illi tantùm relinquũt,

quòd ſit numeri principium. neminē enim ſolere, quod vnū eſt, numerare. Iuſtum numerū eſſe, qui numeros ſpectet præcedentes & ſequētes: illos vt minores, hos vt maiores: etenim duo eſſe maiora vno, minora verò tribus. At quod vnum eſt, ante ſe nihil quidquam habet, cuius contemplatione plus, minúſue cenſeatur. Contrà alij: Si ſine vnitate nemo numerat, mirum cur ipſa numerus non credatur. Proindéque validè aſſeuerarunt vnum, non modo eſſe numerum, ſed numerorū etiam baſin, & θεμέλιον firmiſſimum. De re nobis bene cōſtet, illi vt lubet digladientur.

Rei ſingularis nomina numeralia numero tantùm ſingulari declinantur, ita:

Ο εἷς, τοῦ ἑνὸς, τῷ ἑνὶ, τὸν ἕνα.
Η μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν.
Τὸ ἕν, τοῦ ἑνὸς, τῷ ἑνὶ, τὸ ἕν.

Numerale δυϊκὸν, & duas res tantùm notans, eſt δύο: quod Attici per ω ſcribunt δύω. Hoc nomen quandoque reperitur indeclinabile: nec aliter in quouis genere aut caſu effertur, quam δύο. Quare de articulis, qui ipſi apponētur, genera eius tibi erunt cognoſcenda, & caſus.

Τὼ τὰ καὶ τὼ δύο, τοῖν ταῖν καὶ τοῖν δύο.

Flexile autem quando eſt, in nominatiuo & accuſatiuo δύο habet, in genitiuo δυοῖν, & δυεῖν, in datiuo δυσί.

Arithmetico huic nomini non ſolùm duales articuli admouentur, ſed & plurales. Græcis enim nouum non eſt, pluralia pro dualibus vſurpare. οἱ αἱ καὶ τὰ δύο, τῶν δυοῖν καὶ δυεῖν, τοῖς δυσὶ, τοὺς τὰς καὶ τὰ δύο.

Hîc quoque quoniam eadem vox diuerſa tegit genera, & diuerſos caſus, tu vt ſcias ea quæ ſint, præſidium tibi ab articulis petendum. Opis etiam plurimum ferēt ſubſtantiua quibuſcum applicabuntur.

Deinceps quæ ſequuntur, πληθυντικὰ ſunt, quorum primum τρεῖς genere communi & neutro ſic inclinatur:

τρεῖς, τριῶν, τρισὶ, τρεῖς.
τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία.

Poſt, eſt *τέσσαρες κοινῷ* itidem & *οὐδετέρῳ* generibus ad hunc modum variatum:

τέσσαρες, τεσσάρων, τέσσαρσι, τέσσαρας.
τέσσαρα, τεσσάρων, τέσσαρσι, τέσσαρα.

Hinc ad decem vſq;(accipe autem *συλλήβδην*, vt denarium quoq; includas)indeclinabilia ſunt, & huiuſmodi:

πέντε,	quinq;.
ἕξ,	ſex.
ἑπτά,	ſeptem.
ὀκτώ,	octo.
ἐννέα,	nouem:
δέκα,	decem.

